



Biblioteka Jagiellońska
stdr0019584

CONSIGNATIO SCRIPTORUM,

Ad Statum Causæ in actione instigatoria contra renitentes Curlandos pertinentium.

12. Ex-

Manda-

44. Lite-

44. Literæ Supplices Illustriss. Ducis ad Sam Ram Mttem de die 21. Junii a. c. cum adjunctis Literis,

a. Manifestatio Illustriss. Ducis circa reditum suum in Ducatus suos.

b. Responsio Generosi Regii Consiliarii intimi de Medem tanquam Delegati Illustriss. Ducis & Gener. Ordinis Equestris ad querelas ratione Officialium & Arrendatorum Mense Novembr. Anni præt. 1764.

45. Literæ supplices Gener. Consiliariorum Supremorum ad Sam Ram Mttem de die 22 Junii a. c. 1765.

Ex Literis Supplices sub Num. 43 & 44. statum totius causæ simul continentibus & ad margines allegatis probationibus patet, nil Sacræ Regiæ Majestati relatum fuisse, quod veritati contrarium esset, prout inobedientes pro colorandis attentatis ac citationibus suis maxime injuriosis prætexerunt.



No.

No I.

CONCLUSUM CONFERENTIALE
ex Conventu generali publico de die 11. Martii Anno 1763.

DEI gratia Nos Ernestus Joannes, Dux in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ, Dynasta in Silesia Wartenbergæ, Bralini & Goschützii &c. &c. &c.

Notum facimus. Postquam per mirificam omnipotentis DEI manum e Nostris diuturnis durisque calamitatibus redempti & per magnanimum justitiæ atque clementiæ affectum Serenissimæ Potentissimæ Imperatricis, Autocratricis omnium Russiarum & Magnæ Dominæ Catharinæ II. in plenam libertatem cum Ducali Nostra Familia simulque in eum statum restituti sumus, ut Nostrorum Ducatuum regimen, quod resignare Nos voluisse nunquam apparuit, per casus adversos interruptum a Nobis iterum personaliter suscipi possit; nil morati sumus in Nostros Ducatus, qui toties una cum S. R. Maj. & Republica Serenissima, pro viribus suis & rerum habitu, Nostram & Ducalis Nostræ Domus liberationem debito loco tentarunt, Nos conferre & Sedem Nostram Mitaviæ repetere.

Post hunc faustissimum adventum universali applausu & congratulatione celebratum, primaria Nobis cura fuit consiliorum communionem cum fideli Nostro Ordine Equestri inire, qui in spectabili numero Nos læte ulta limites recepit & cum ardentissimis votis reduxit. Hinc commoti fuimus Conventum generalem pro personali comparitione omnium die 10. Febr. a. c.

in-

indicere, ut ſine mora cum fideli Noſtro Ordine Equeſtri plenam compoſitionem omnium eorum conficeremus, quæ ad meliorem aſſecurationem pactorum ſolennium & perpetuorum inter Nos & Eundem vigentium, ad proſperitatem Status & Regiminis ſalutem inſervire, nexum inter Caput & Membra arctiorem & magis indiſſolubilem reddere & Patriæ Noſtræ tranquillitatem atque ſecuritatem domeſticam in ſtatu immoto ſervare poſſent. Quum igitur lubenter perſpeximus, quod in termino præfixo fidelis Noſter Ordo Equeſtris in magna multitudine tam perſonaliter quam per Deputatos comparuerit & per conſueta Curialia gaudium vividum & ſincerum de Noſtro felici reditu in hos Ducatus teſtatus ſit, Manifeſtationem deinde & proteſtationem eorum omnium, quæ usque adhuc adverſus Noſtram Ducalem Inveſtituram, leges Fundamentales, & Statuta Provinciæ ſecundum manifeſtam notorietatem acta fuerunt, cum ſubjectiſſima devotione S. R. M. & Sereniſſimæ Reipubl. debita confecerit, eandemque una cum literis ad Celſiſſ. Miniſtros Status, Jlluſtr. Regni Primatem Lubienſki, Excellentiſſ. Regni Mareſchallum Supremum Bielinſki, Jlluſtriſſ. Principem Czartoryſki, Excellentiſſ. Regni Sub-Cancellarium Wodzicki datis, Generoſo Friderico Gothardo de Mirbach, poſſeſſori hæreditario prædiorum, Strockenſium & Puſmekenſium mandaverit & tradiderit, qui ſe ſe ad inſinuationem tutiſſimam & convenientiſſimam horum ſcriptorum ex patriotica propenſione obtulit; hinc Nos in hoc Noſtro Conventu generali publico cum fideli Noſtro Ordine Equeſtri unanimiter ſequentia ſtipulati ſumus & ſtabilivimus, nimirum.

§. 1.) Nos Generoſo Ordin. Equeſtr. &c. &c. - - - usque ad §. 35. &c. &c.

Cæterum Nos gratioſiſſime aſſecuramus & ſpondemus, ut quemadmodum in præſenti Clementiæ & Juſtitiæ Noſtræ documenta certa fideli Noſtro dilecto Ordini Equeſtri edidimus, ſic & in poſterum tam præſentia quam abſentia Generoſi Ordinis Equeſtris Membra pariter de eo certiora reddere paratiſſimi erimus, &, ſi forte a quibusdam nunc abſentibus aut aliis Membris Provinciæ Gravamina vel Deſideria in proximo Conventu publico proponerentur, illa ante homagium clementiſſime componemus.

Ad majorem confirmationem & aſſecurationem omnium eorum, quæ in hoc generali Conventu publico a Nobis unanimiter & communiter transacta & concluſa ſunt, clementiſſime curabimus, ut præmiſſa cum fideli Noſtro Ordine Equeſtri compoſita puncta Laudo proximi Conventus publici inferantur. Ad quorum fidem hoc præſentis Conventus generalis Concluſum a Nobis propria manu ſubſcriptum & Noſtro Ducali Sigillo roboratum, atque ſimiliter à Noſtris Conſiliariis Supremis & Generoſo Ordine Equeſtri propria manu ſubſcriptum & ſuis Sigillis roboratum eſt. Actum Mitaviæ in Conventu generali publico, die 11. Martii Anno 1763.

(L. S.) ERNESTUS JOANNES Dux Curlandiæ.
(L. S.) Dietericus de Keyſerling, Cancellarius & Conſiliarius Supremus.
(L. S.) Henr. Chriſtianus ab Offenberg, Oberburggrabius & Conſiliarius Supremus.
(L. S.) Franciſcus Georgius Franck, Landmarſchallus & Conſiliarius Supremus.
(L. S.) Fridericus Wilhelmus de Heyking, p. t. Director.
(L. S.) Georgius Joannes de Bolſchwing, Deputatus Diſtrictus Seelburg.
(L. S.) Georgius Chriſtophorus de Düſterlho, Deputatus Diſtrictus Seelburg.
(L. S.) Gothardus Fridericus de Fölckerſamb, Deputatus Diſtrictuum Dünaburg & Ueberlautz. (L. S.)

(L. S.) Chriſtophorus Korff, Deputatus Diſtrictus Aſcherad & Nerſt.
(L. S.) Fridericus Reinholdus de Vietinghoff, Nominatus Scheel, Deputatus Mitavienſis.
(L. S.) Ferdinandus Pfeilitzer, nominatus Franck, Deputatus Mitavienſis.
(L. S.) Gothardus Wilhelmus Schröders, Deputatus Diſtr. Bauſke & Eckau.
(L. S.) Franciſcus Chriſtophorus Schröders, Deputatus Diſtrictuum Bauſke & Eckau.
(L. S.) Georgius Erneſtus Henricus de Stromberg, Deputatus Baldohnenſis.
(L. S.) Carolus Chriſtophorus ab Ehlert, Deputatus Baldohnenſis.
(L. S.) Chriſtophorus Henricus de Vietinghoff, Deputatus Diſtrictus Doblehn.
(L. S.) Maximilianus Dietericus Liber-Baro de Knigge, Deputatus Diſtrictus Neuenburg.
(L. S.) Joannes Gebhardus Grotthuſs, Deputatus Diſtrict. Seſſau & Grentzhoff.
(L. S.) Otto Ewaldus de Heyking, Deputatus Goldingenſis.
(L. S.) Ulricus Erneſtus de Blomberg, Deputat. Diſtrictus Windau.
(L. S.) Wilhelmus Erneſtus Korff, Deputat. Diſtr. Windau.
(L. S.) Nicolaus Gerhardus de Mirbach, Deputatus Diſtr. Allſchwangen.
(L. S.) Wilhelmus Magnus de Funck, Deputatus Diſtrictus Haſenpoth.
(L. S.) Fridericus Gothardus de Mirbach, Deputatus Diſtrictus Durben,
(L. S.) Georgius Gottfredus de Wettberg, Deputatus Diſtr. Durben & Gramſden.

(L.S.)

(L.S.) Mauritius ab Oſten, nominatus Sacken, Deputatus Frauenburgenſis.
(L.S.) Carolus Fridericus de Holtey Dep. Diſtr. Frauenburg.
(L.S.) Henr. Reinhold. de Koſchkull, Dep. Diſtr. Grobien.
(L.S.) Carolus Joan. Guſtavus de Rahden, Dep. Tuckumenſis.
(L.S.) Gerhardus Erneſtus Korff, Deput. Diſtr. Candau.
(L.S.) Otto Fridericus Schröders, Deputatus Diſtr. Zabeln.
(L.S.) Georgius Fridericus Pfeilitzer, nominatus Franck, Deputatus Diſtr. Zabeln.
(L.S.) Georgius Fridericus Fircks, Deput. Talſenſis.
(L.S.) Otto Chriſtophorus de Medem, Deput. Autzenſis.
(L.S.) Otto Joannes Krummes, Deput. Diſtr. Autz.

No. 2.

LAUDUM PUBLICUM de die 19. Julii 1763.

DEI Gratia Nos Erneſtus Joannes, in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynaſta in Sileſia, Liberi Baronatus Wartenbergæ, Bralini & Goſchützii &c. &c.

Notum teſtatumque ſit hiſce univerſis & ſingulis, quatenus, poſtquam in præſenti, tenore Concluſi ultimæ univerſi Ordinis Equeſtris congregationis, ad prævias literas circulares Noſtras, de dato Mitaviæ die 10 Januarii ej. anni, ſuper Deliberatoriis, ex modo dicto Concluſo propoſitis, aperto Conventu publico pro homagii præſtatione cum Nuncii terreſtres & Diſtrictuum Plenipotentiarii pro obſervatione Jurium Patriæ negotiorumque ſalutarium, in ſufficiente numero comparuerint, ſub tutela & directione omnipotentis, æque ac omniſapientis providentiæ eo uſque progreſſum ſit, ut prævia abolitione diverſorum Gravaminum Nobilitatis, Nobis Noſtriſque Maſculæ prolis Deſcendentibus ſub Domino Supremo,

B

at-

atque directo S. R. M. Suæ & Serenissimæ Reipublicæ Poloniæ, in die ad 22. Junii a. c. præfixo, homagii juramentum a numeroso Generoso Ordine Equestri personaliter præstitum, eoque indissolubile vinculum inter caput & membra pro communi durabilique universi salute nexum sit. Quibus peractis Nos non solum supra memoratum ultimum Conclusum universi Ordinis Equestris Congregationis de dato Mitaviæ die 11ma Martii a. c. tenore Nostræ in isto Ordini Equestri datæ assecurationis in omnibus suis punctis & clausulis pro Nobis & Illustrissimis Successoribus Nostris, pro æterna ac indissolubili adimpletione, in præsenti Laudo publico reassumimus, & hujus vigore confirmamus, sed etiam in futurum hisce ad æterna tempora & pro cunctis Illustrissimis Nostris in sede Ducali Successoribus Ordini Equestri intuitu suorum, tenore circummissorum in Districtibus deliberatoriorum traditorum, aliorumque desideriorum paterne & clementissime promittere & assecurare gratiosissime dignati simus.

§. I. Nos promittimus &c. - - usque ad §. 52. &c. &c.

Majorem in fidem Laudum hocce publicum a Nobis propria manu subscriptum & Sigillo Nostro Ducali munitum, pariter quoque a Nostris Consiliariis Supremis & Generoso Ordine Equestri propriis manibus subscriptum & Sigillis eorum obsignatum est. Actum Mitaviæ die 19. Julii Anno 1763.

(L. S.) ERNESTUS JOANNES Dux Curlandiæ.

(L. S.) Joannes Ernestus de Klopmann, Cancellarius & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Henricus Christianus ab Offenberg, Oberburggrabius & Consiliarius Supremus.

(L. S.)

(L. S.) Franciscus Georgius de Franck, Landmarschallus & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Georgius Godofredus de Wettberg, p. t. Deputatorum Mareschallus & Deputatus District. Durben, Gramsden & Hasenpoth.

(L. S.) Georgius Joannes de Bolschwing, Deputatus Seelburgensis.

(L. S.) Gothardus Fridericus de Fölkersamb, Deputatus Distr. Dünaburg & Ueberlautz.

(L. S.) Carolus Gotthardus de Drachenfels, Deputatus District. Nerfft & Ascherad.

(L. S.) Ferdinandus de Pfeilitzer, dictus Franck, ex District. Mitaviensi.

(L. S.) Franciscus Christophorus de Schröders, ex Districtu Bauscensi.

(L. S.) Otto Joannes Gantzkow, Deputat. District. Eckau, Neuguth & Baldohn.

(L. S.) Carolus Fridericus Klopmann, Deputatus Districtus Sessau.

(L. S.) Joannes Gebhardus Grotthuss, Deputatus Districtus Grentzhoff.

(L. S.) Christianus Ernestus ab Oelsen, Deputatus Grentzhoffensis.

(L. S.) Christophorus Henricus de Vietinghoff, Deputatus District. Doblehn.

(L. S.) Georgius Ernestus Henricus de Stromberg, Deputat. Neuenburgensis.

(L.S.)

(L. S.) Otto Ewaldus de Heyking, Deputatus Diſtr. Goldindingen, Windau & Grobin.

(L. S.) Otto Joannes Buchholtz, Deputatus Allſchwangenſis.

(L. S.) Carolus Joannes Guſtavus de Rhaden, Deputatus Tuckumenſis.

(L. S.) Gerhardus Erneſtus de Korff, Deputatus Diſtrict. Candau & Zabeln.

(L. S.) Carolus Levinus Firks, Deputatus Diſtr. Talſen.

(L. S.) Joannes Erneſtus Behr, Deputatus Diſtrict. Autz & Frauenburg.



No.



No. 3.

LAUDUM PUBLICUM

de die 21. Februarii, Anno 1764.

Nos DEI Gratia Erneſtus Joannes, in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynaſta in Sileſia, Liberi Baronatus Wartenbergæ, Bralini & Goſchützii &c. &c.

Notum teſtatumque ſit hiſce omnibus ac ſingulis, quod poſtquam ſumme dolendus obitus Sæ Ræ Mttis Suæ, in DEO jam placidè requieſcentis Glorioſiſſimæ memoriæ Regis, AUGUSTI III. tam Regnum Poloniæ eidemquè incorporatas Provincias, quam etiam imprimis Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ, graviſſimo luctu vulneraverit, præterea quoque per emanatas

 natas

natas Universales, Convocationis Comitia, ad diem 7mam Maji anni nunc currentis 1764ti jam determinata sint, memoratarumque Universalium tenore, Comitia Electionis & Coronationis novi Regis præfigi & constitui debeant, hisce igitur unusquisque fidelis Indigena tam naturalis, quam debiti officii sui memor reddatur: Nos adhibita paterna Principis erga Generosum Ordinem Equestrem nostrum sollicitudine pro præsenti temporum statu, Conventum publicum extraordinarium, ad diem 30mam Januarii anni currentis indicere, æquum esse duximus, quo pro confirmatione Ducalium nostrorum & totius Provinciæ Jurium, Delegatos Varsaviam tempestive & sine mora eligi, quodque tam nostra, horumque Ducatuum salus, quam communis tranquillitatis restauratio postulat, observari, & in successu procurari possit. Quem in finem quoque Fidelis Ordo Equestris Noster, per Deputatos suos in præfato termino obsequentissimè comparuit, de omnibus pro commodo Patriæ observandis fideliter Nobiscum deliberavit, & sequentia decrevit, quæ Nos quoque clementissime approbare non dubitavimus, & quidem:

1mo. Electionem Delegati Varsaviam in persona Generosi Camerarii & Equitis Ordinis S. ANNÆ, Ottonis Ernesti de Medem, Possessoris Prædiorum Prawingen & Buschhoff, gratiosissimè non solum approbamus, sed etiam clementissimè hisce affecuramus, Nos Delegati hujus negotii modo dicti ubique ita participes reddere, ut negotiorum Nostrorum observationem eidem pariter committere, & à Fideli Ordine Equestri Nostro, laboribusque ejusdem ad bonum commune tendentibus nunquam separare velimus. Et, cum

2do. Dilectus Ordo Equestris Noster, pro nunc Generoso Delegato ad sustentationem 200 Thaleros in alb. per Mensem laudaverit, à parte Nostra clementissimè affecuramus, Nos memorato Generoso Delegato usitatam tertiam partem etiam exsolvi curaturos fore. Quodsi etiam à præfato Generoso Delegato ad Diarium exhibitæ repræsentationes ratione summæ ultro solvendæ, pro sustinendis Itineris sumptibus, à Fideli Ordine Equestri Nostro eidem concederentur; Nos clementissimè præterea affecuramus, quotam nostram quoque lubentissimè præbituros fore.

3tio. Cum porro Dilectus Ordo Equestris Noster pro meliori successu hujus negotii, & pro expeditione correspondentiæ tam cum Generoso Delegato, quam cum Districtibus, Plenipotentiarium provincialem, in Persona Generosi Capitanei militaris, Joannis Gebhardi Grotthuss, Hæreditarii in Berken, cum salario per mensem, 100 Thalerorum in alb. elegerit, eundemque super omnibus instruxerit; hanc Electionem igitur non solum clementissime approbavimus, sed etiam ad humillimam Generosi Ordinis Equestris instantiam, pro allevandis expensis, liberam à sumptibus Postam in Ducatibus Nostris, quoad negotia Ordinis Equestris concernentia, gratiosissimè concessimus.

4to. Pro præstandis istis sumptibus, Generosus Ordo Equestris, 10 Thaleros à 18 Sextariis, ab unco, à 1000. Florenis summarum pignoratitiarum, & à 1000 Florenis summarum ad usuras collocatarum, 6. Sextarios, ita tamen laudavit, ut Generosus supremi ærarii Præfectus pecunias istas ita distribuat, ut nimirum, 1mo Generosus Capitaneus minor Schrundensis de Bolschwing & pro tempore Deputatorum Mareschallus, pro suppeditatione sua, jam ex vero amore erga Patriam suam, Generoso Delegato facta, summæ 1000 Thalerorum in alb. cum usuris contentetur, 2do. Plenipotentiario provinciali salarium suum per mensem solvatur, & 3tio Residuum paratum asservetur, ut ad Generosi Delegati desiderium eidem remitti potuerit.

5to. Cum quoque ob temporis brevitatem Deliberatoria ante Conventum huncce extraordinarium in Districtus transmitti non potuerint; illa ad proximum usque Conventum publicum ordinarium manent reposita, prout & clementissimè assecuramus, omnia quæ forent Ordinis Equestris Gravamina tunc abolere.

Majorem in fidem Laudum hocce publicum à Nobis propriâ manu subscriptum & Sigillô Nostrô Ducali munitum, pariter quoque à Consiliariis Nostris & Generosô Ordine Equestri propriis manibus subscriptum & Sigillis eorum obsignatum est. Actum Mitaviæ, Die 21. Februarii Annô 1764.

(L. S.) ERNESTUS JOANNES Dux Curlandiæ.

(L. S.) Henricus Christianus ab Offenberg, Landhoffmeisterus & Consiliarius supremus.

(L. S.) Joannes Ernestus Klopmann, Cancellarius & Consiliarius supremus.

(L. S.) Franciscus Georgius de Franck, Oberburggravius & Consiliarius supremus.

(L. S.) Otto Fridericus Sass, Landmareschallus & Consiliarius supremus.

(L. S.) Georgius Ioannes de Bolschwing, p. t. Deputatorum Mareschallus; Deputatus Seelburgensis.

(L. S.) Otto Ioannes de Bistramb, Deput. Distr. Nerfft & Ascherad, ac in plenipotentia, pro Deput. District. Baldohn.

(L. S.) Franciscus Christophorus Schröders; Deputatus Districtuum Bauske. Ekau & Neuguth.

(L. S.) Fridericus Reinholdus de Vietinghoff, dictus Scheel, Deputatus Districtus Mitau.

(L. S.) Ernestus Ioannes de Bolschwing, Deputatus Districtuum Mitau & Frauenburg.

(L. S.) Otto Ewaldus de Heyking, Deputatus District. Grentzhoff, & in Plenipotentia pro Ernesto Dieterico de Blomberg, Deputato District. Hasenpoth.

(L. S.) Christophorus Henricus de Vietinghoff, dictus Scheel, Deputatus Distr. Doblehn.

(L. S.) Gedeon Henricus de Sass, Deput. Distr. Goldingen.

(L. S.) Ulricus Ernestus de Blomberg, Deputatus Districk. Windau & Allschwangen, & in plenipotentia Deputati Neuenburgensis, Georgii Ernesti Henrici de Stromberg.

(L. S.) Ernestus Dietericus de Blomberg, Deput. Distr. Durben, Grobin & Gramsden.

(L. S.) Carolus Joannes Gustavus de Rhaden, Deputatus Districk. Tukum.

(L. S.) Otto Christophorus de Brinken, ceu Deputatus Candaviensis, & vi datæ plenipotentiæ à Gotthardo Melchiore Joanne de Stempel, ceu Deput Distr. Zabelensis.



No. 4.
INSTRUCTIONIS PUNCTA,

Quæ Nos cum Ordine Equestri horum Ducatuum, Delegato Varsaviam expediendo, Generoso Camerario & Equiti, Ottoni Ernesto de Medem, Possessori prædiorum Buschhoff & Prawingen dedimus, ut illis, quantum fieri potest, conformiter agat.

1. Generosus Noster Delegatus iter suum Varsaviam sic accelerabit, ut quam maxime tempestive ante Convocationis Comitia adesse possit. Post suum prosperum sub DEI auspiciis adventum non morabitur tam Illustrissimo Primati quam eligendo Domino Mareschallo Comitiorum Regni, Dominis Senatoribus & Dominis Nuntiis, Nostrum addictissimum animum & horum Ducatuum devotissimum cultum gravissimis & probatissimis argumentis exponere & Serenissimæ Reipublicæ favorem & benevolentiam Nobis & his Ducatibus, quantum fieri potest, conciliare. Deinde

2. Generosus Noster Delegatus Nostrum & horum Ducatuum justum & acerbum dolorem de inexpectato obitu longe Clementissimi Regis Nostri & Domini Supremi gloriosæ memoriæ contestabitur, simulque fortissimam & verissimam adseverationem adiiciet, quod Nos & fidelis Noster Ordo Equestris unicam & summam felicitatem habeamus & habituri simus in prosperrimo nexu cum Regno Poloniæ & Magno Ducatu Litthuaniæ, tanquam potenti Nostro Domino Supremo & directo, secundum tenorem Pactorum subjectionis feliciter olim trans-

 acto-

actorum, inalterabiles in æternum permanendi, & quod nil in hoc terrarum orbe Nos & hos Ducatus de his ingenuis & irrevocabiliter decretis Confiliis dimovere poffit. Hinc quoque

3. Nofter Generofus Delegatus præcipuam curam geret, omnes de Nobis & Noftris Ducatibus factas a quibusdam malevolis finiftras infinuationes, & quas adhuc tentarent, removere & Legibus conformem agendi rationem noftram & fidelis Noftri Ordinis Equeftris clare evincere. Confequenter pro poffe fuo efficiet, ut omnia, quæ adverfus Jura horum Ducatuum & in Ipfius Sereniffimæ Reipublicæ præjudicium ab Anno 1758. transacta fuerunt, annullentur, Inveftitura Noftra in fundamento Conftitutionis Anno 1736. facta & à Sereniffima Republica per Pacta provifa authoritatem fuam immutatam fervet, in futurum vero fine confenfu omnium Ordinum Sereniffimæ Reipublicæ nihil in publicis negotiis horum Ducatuum fufcipietur.

4. Deinde quoque Generofus Nofter Delegatus egregiam diligentiam adhibebit & omnem dabit operam, ut tam Noftra Ducalia Jura fecundum legitimam Noftram Inveftituram, quam Jura fidelis Noftri Ordinis Equeftris, inprimis Noftra cum Eadem fancita Pacta antiqua & moderna, unâ cum Privilegiis, Immunitatibus, Pactis fubjectionis, Formula Regiminis, Decifionibus Commifforialibus, Laudis publicis, omnibus rite receptis & in Legibus Cardinalibus provifis Libertatibus & Prærogativis in Ecclefiafticis & Politicis, & generaliter omnium & fingulorum Jura in his Ducatibus validiffime & tutiffime confirmentur.

5. Poft finita, quæ faufta Numen T. O. M. reddat! Comitia Electionis & Coronationis, Generofus Delegatus noviter electo Regi, tanquam Clementiffimo Domino Noftro Supremo & Directo, Noftra & horum Ducatuum fideliffima & devotiffima vota perfolvet & ad hoc officium fubjectiffimum publicam audientiam fibi expetet per magnanimam interceffionem Illuftriffimorum Regni Magnatum.

6. Generofus Delegatus tam Nobis quam electo ab Ordine Equeftri in præfenti Conventu generali & à Nobis in hujus Conventus publici Conclufo confirmato Plenipotenti Ordinis Equeftris, Generofo de Grotthufs, Poffeffori hæreditario prædii Grofs-Bercken, relationem exactam omnium, quæ ibi eveniunt, cum qualibet pofta transmittet, omnia negotia à Nobis & noftro fideli Ordine Equeftri pofthæc adhuc trutinanda & faluti publicæ infervientia fufcipiet, ut quam certiffime & optime expediantur, neque munus fuum Delegati prius deferet, donec Noftrum & Ordinis Equeftris confenfum à Nobis & Ordinis Equeftris Plenipotente obtinuerit.

Denique Domino Delegato ad itineris & demandatorum fucceffum Divina benedictio exoptatur. Datum Mitaviæ die 21. Februarii 1764.

(L. S.) ERNESTUS JOANNES Dux Curlandiæ.

(L. S.) Henricus Chriftianus ab Offenberg, Landhoffmeifterus & Confiliarius Supremus.

(L. S.) Joannes Erneftus Klopmann, Cancellarius & Confiliarius Supremus.

(L. S.) Francifcus Georgius de Franck, Oberburggrabius & Confiliarius Supremus.

(L. S.) Otto Fridericus Safs, Landmarfchallus & Confiliarius Supremus.

(L. S.) Georgius Joannes de Bolfchwing, p. t. Deputatorum Ordinis Equeftris Marefchallus & Deputatus Seelburgenfis. (L. S.)

(L. S.) Otto Joannes de Biſtram, Deputatus Nerfftenſis & Aſcheradenſis & nomine mandatario pro Deputatis Baldohnenſi.

(L. S.) Franciſcus Chriſtophorus Schröders, Deputatus Diſtrictuum Bauske, Eckau & Neuguth.

(L. S.) Fridericus Reinholdus de Vietinghoff, nominatus Scheel, Deputatus Diſtrictus Mitavienſis.

(L. S.) Erneſtus Joannes de Bolſchwing, Deputatus Mitavienſis & Frauenburgenſis.

(L. S.) Otto Ewaldus de Heyking, Deputatus Diſtrictus Grentzhoff, & nomine Mandatario pro Erneſto Dieterico de Blomberg, Deputato Haſenpotenſi.

(L. S.) Chriſtophorus Henricus de Vietinghoff, nominatus Scheel, Deputatus Diſtrictus Doblehn.

(L. S.) Gideon Henricus de Saſs, Deputatus Diſtrictus Goldingenſis.

(L. S.) Ulricus Erneſtus de Blomberg, Deputatus Diſtrictuum Windau & Alſchwangen, & nomine mandatario pro Georgio Erneſto Henrico Stromberg, Deputato Neuenburgenſi.

(L. S.) Erneſtus Dietericus de Blomberg, Deputatus Diſtrictuum Durben, Grobin, Gramſden.

(L. S.) Carolus Joannes Guſtavus de Rhaden, Deputatus Diſtrictus Tuckumenſis.

(L. S.) Otto Chriſtophorus von den Brincken, Deputatus Diſtrictus Candavienſis, & nomine mandatario pro Gotthardo Melchiore Joanne de Stempel, Deputato Zabelenſi.

No.

No. 5.

INSTRUCTIO ADDITIONALIS,

Quam Nos una cum Ordine Equeſtri horum Ducatuum, Delegato Varſaviæ jam commoranti, Generoſo Camerario & Equiti, Ottoni Erneſto de Medem, Poſſeſſori bonorum Buſchhoff & Prawingen, omni meliori modo commiſimus.

1. Generoſus Delegatus Noſter non morabitur, Celſiſſimo Primati omnibusque præſentibus Senatoribus & Magnatibus, non minus electo Domino Nuntiorum Mareſchallo, nec non Dominis Nuntiis Ordinis Equeſtris, Noſtram obſervantiam horumque Ducatuum devotiſſimam venerationem omni meliori modo deferre & propenſam voluntatem Sereniſſimæ Reipublicæ Nobis hiſque Ducatibus omnimode conciliare.

2. Poſt (faxit Deus) felicem Regis electionem Generoſus Noſter Delegatus Regi electo, ceu Clementiſſimo Regi & Domino Noſtro, lætitiam Noſtram horumque Ducatuum maximam ob Majeſtatis Suæ feliciſſimam ad Regiam Dignitatem elevationem, publica ad hunc finem rogata audientia, devotiſſime teſtificabitur, deque Noſtra & Ordinis Equeſtris Noſtri ad extrema uſque tempora fidelitate & devotione Eandem certificabit.

3. Noſter Generoſus Delegatus omnem operam dabit, ut tam Jura Noſtra Ducalia tenore Inveſtituræ Nobis legitime datæ, uti etiam Privilegia & Jura Ordinis Equeſtris, præcipue Noſtra cum illo longinquioribus noviſſimiſque temporibus inita pacta & Conventuum concluſa, non minus Privilegia, Immunitates, Pacta ſubjectionis, Formula Regiminis, Deciſiones Commiſſoriales, Lauda publica,

publica, omnesque bene acquisitæ & in Legibus Cardinalibus sancitæ Libertates & Prærogativæ tam in ecclesiasticis quam politicis, uti etiam omnia & singula jura horum Ducatuum generaliter & specialiter, firmiter & tuto confirmentur.

4. Generosus Noster Deputatus omni diligentia efficere studebit, ut tenore Constitutionis ultimorum Convocationis Comitiorum, dispositiones sine assensu Comitiali ex Resultatis Senatus Consilorum factæ, non minus Diploma Investituræ Regio Principi Carolo concessum & omnes exinde orti actus, utpote juribus Reipublicæ contraria, denuo per Constitutionem abrogentur & semper pro irritis declarentur.

5. Dissidentium in Lithuania degentium, qui præsenti hoc publico Conventu Nostrum auxilium ad restitutionem jurium suorum tam in Ecclesiasticis quam politicis implorarunt, Delegatus Noster curam habere & quæsita illorum promovere eo diligentius studebit, quam nobis virtute pactorum subjectionis & Constitutionum Domitiorum obligatio incumbat, illis, cum plerique sint Curlandi, in desideriis & legitimis postulatis eorum pro viribus Nostris auxilio esse.

6. Cum Generosus Dietricus Ernestus Liber-Baro de Heyking, Camerarius Regius, in Lithuania possessionatus, ausus sit in absentia Nuntiorum, in loco conventibus publicis destinato, variis malevolis expressionibus repletam sic dictam Manifestationem & Protestationem quandam insinuare, validitatem nuntiorum conclavis sine ratione impugnare & per hoc attentatum ulteriores motus suscitare intenderit, consequenter vero authoritatem nuntiorum conclavis temerarie & absque omni ad hoc data occasione læserit, hinc Generosus Delegatus curabit, ut jam dictus Generosus Camera-

Camerarius eapropter instigatorie ad respondendum & pro condigna punitione citetur ac Ordini Equestri satisfiat.

7. Pro illustratione minus perspicuorum & non satis determinatorum, in puncto Constitutionis nuperorum Convocationis Comitiorum negotia Curlandica tangente, Generosus Delegatus omnimodam diligentiam adhibebit, & quidem 1mo ut Conventio Gedanensis non aliter explicetur, quam prout jura Nobilitatis non lædit & per Responsum de Anno 1746. jam determinata est; pro 2do ut Ducatus Nostri post decessum præsentis Ducalis stirpis immediatæ incorporationi non sint obnoxii, sed potius circa Regimen Ducale & antiquas Leges Cardinales conserventur.

Quod reliquum est, Generoso Delegato Nostro ad negotia sua benedictio divina & auxilium exoptatur. Datum Mitaviæ die 23. Aug. 1764.

(L. S.) ERNESTUS JOANNES Dux Curlandiæ.

(L. S.) Henricus Christianus ab Offenberg, Landhoffmeisterus & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Joannes Ernestus Klopmann Cancellarius & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Franciscus Georgius Franck, Oberburggrabius & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Otto Friedericus Sass, Landmarschallus & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Franciscus Christophorus Schröderss, p. t. Mareschallus Deputatorum Ordinis Equestris, Deputatus Districtuum Bauske, Eckau & Baldohnen.

(L. S.) Georgius Christophorus de Düsterlho, Deputatus Seelburgensis.

(L. S.) Fridericus Reinholdus de Vietinghoff, nominatus Scheel, Deputatus Mitavienſis.

(L. S.) Otto Ewaldus de Heyking, Deputatus Diſtrictuum Grentzhoff & Doblen.

(L. S.) Georgius Erneſtus Henricus de Stromberg, Deputatus Diſtrictus Neoburgenſis.

(L. S.) Gideon Henricus Saſs, Deputatus Diſtrictus Goldingenſis.

(L. S.) Joannes Fridericus de Derſchau, Deputatus Diſtrictus Frauenburgenſis.

(L. S.) Gotthardus Wilhelmus Schröders, Deputatus Diſtrictuum Durben, Grobin & Gramſden.

(L. S.) Gotthardus Melchior Joannes de Stempel, Deputatus Diſtrictuum Zabeln, Windau & Allſchwangen.

(L. S.) Joannes Hermannus de Brunnow, Deputatus Candavienſis & Haſenpothenſis, nomine Mandatario pro Georgio Friderico de Löbel, Deputato Tuckumenſi.



No. 6.



No. 6.

LAUDUM PUBLICUM

De die 25. Auguſti, Anno 1764.

Nos DEI Gratia, Erneſtus Joannes, in Livonia, Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynaſta in Syleſia Liberi Baronatûs Wartenbergæ, Bralini & Goſchützii &c. &c.

Notum teſtatumque facimus hiſce, omnibus & ſingulis, quatenus, cum præſentem Conventum publicum ad diem 7mam hujus menſis Auguſti, anni nunc currentis 1764. indixerimus, atque indictioni illi deliberatoria adjunxerimus, Fidelis Ordinis Equeſtris Noſtri Generoſi Diſtrictuum Deputati in illo quidem comparuerint, pertractationes ſuas conventuales aperuerint, Nobiscum & cum Generoſis Conſiliariis Noſtris, de communi Patriæ commodo conſultationes inſtituerint, ac gravamina Nobis pro Clementiſſima

 &

& Legibus convenienti abolitione tradiderint; ob electionis autem proximè instantia ac præsumptive mox subsequentia coronationis Comitia, tempus ad ulteriores Conventus hujus pertractationes nimis breve redditum sit, cum Nostro & Dilecti Ordinis Equestris Nostri communi, Varsaviæ jam subsistenti Delegato, Generoso Camerario & Equiti de Medem, ante omnia sufficientis Instructionis additionalis, credentialium quoque & recommendationis Literarum remissio quamprimum procurari debuerit, nec minus Generosus Ordo Equestris, quoniam non omnes Districtus, prout tamen illi ex decentia & Legum tenore obligati fuissent, ad Conventum huncce Deputatos miserint, prævia cum Generosis Consiliariis Nostris, testante Diario, desuper instituta deliberatione, gravaminum ac desideriorum abolitionem, eapropter ad proximum usque Conventum publicum remittere conjunctim decreverint, quo fratribus suis absentibus, quorum nonnulli activitatem suam usque post Regis electionem differre visi sint, iterum occasionem præberent, Patriæ communem salutem conjunctim & unitis viribus considerare & desuper tractare posse, ac intentione ista charissimæ Patriæ tam salutari, à Nobis humillimè petierint, ut statim cum Regis electio innotuerit, ante Coronationis Comitia Conventum publicum extraordinarium indicere dignaremur; Nos, ex Patriæ Patris amore atque Clementia Nostra erga Fidelem Ordinem Equestrem nostrum gratiosissimè condescenderimus, eidemquè benignissime assecurationem dederimus, & hisce quoque confirmemus, quod Nos

1mo. Statim ac annuente divini Numinis gratiâ, felix Regis Electio subsecuta & cognita fuerit, Conventum publicum extraordinarium Mitaviæ indicere, ac jam communicata deliberatoria iterum circummittere, &

2do

2do. In Conventu publicô extraordinariô tunc indicendô, tam gravamina & desideria, quæ in præsenti Conventu publicô reposita manserunt, quam illa, quæ adhuc resultarent, vel formarentur, secundùm præscripta Legum abolere, & clementissimè terminare velimus.

Majorem in fidem laudum hocce publicum à Nobis propriâ manu subscriptum & Sigillô Nostrô Ducali communitum, à Nostris quoque Consiliariis supremis ac Generosô Ordine Equestri propriis manibus subscriptum eorumquè Sigillis obsignatum est. Actum Mitaviæ, Die 25. Augusti Annô 1764.

(L. S.) ERNESTUS JOANNES Dux Curlandiæ.

(L. S.) Henricus Christianus ab Offenberg, Landhoffmeisterus & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Joannes Ernestus de Klopmann, Cancellarius & Consiliarius Supremus.

(L.S.) Franciscus Georgius de Franck, Oberburggrabius & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Otto Fridericus Sass, Landmarschallus & Consiliarius Supremus.

(L. S.) Franciscus Christophorus Schröders, p. t. Deputatorum Mareschallus & Deputatus District. Bauske, Ekau & Baldohnen.

(L. S.) Georgius Christophorus de Düsterlho, ceu Deputatus Distr. Seelburgensis.

(L. S.)

(L. S.) Gotthardus Melchior Joannes de Stempel, Deputatus Diſtrictuum Zabeln, Windau & Allſchwangen.

(L. S.) Fridericus Reinholdus de Vietinghoff, dictus Scheel, Deputatus Mitavienſ.

(L. S.) Joannes Hermannus de Brunnow, Deputatus Diſtrict. Haſenpoth & Candau.

(L. S.) Georgius Fridericus de Löbel, Deputatus Diſtrictus Tuckum.

(L. S.) Georgius Erneſtus Henricus de Stromberg, Deputat. Diſtrict. Neuenburg.

(L. S.) Joannes Fridericus de Derſchau, Deputatus Diſtrictus Frauenburgenſis.

(L. S.) Otto Ewald de Heyking, Deputatus Diſtrict. Grentzhoff & Doblen.

(L. S.) Gideon Henricus Saſs, Deputatus Diſtrictus Goldingenſis.

(L. S.) Gotthardus Wilhelmus Schröders, Deputatus Diſtrict. Durben, Grobin & Gramſden.



No.

No. 7.

Lit. I.

GRAVAMINA

Quæ Illuſtriſſimæ Suæ Celſitudini, Clementiſſimo Noſtro Principi & Domino Erneſto Ioanni, ab Ordine Equeſtri horum Ducatuum, in præſenti Conventu publico extraordinario, ad clementiſſimam & paternam abolitionem ſubjectiſſime porrecta ſunt.

GRAVAMEN I.

Quamvis Celſiſſ. Dux in Pacto cum Provincia, ineunte regimine, ſancito & per §. 18vum Concluſi Conventus generalis 1763. iterum confirmato, clementiſſimam Ordini Equeſtri aſſecurationem dederit, nullis niſi ſolis indigenis præſecturas Ducales in modum diſpoſitionis, Hypothecæ & Arrendæ concedendi; attamen cum eximio dolore percepimus, præfecturas Vetus-Sehren, Allſchwangen, Würtzau, Selgerben, Uggenzehm, Angern &c. &c. exteris & non indigenis tam in Arrendæ quam diſpoſitionis modum conceſſa eſſe. Ordo Equeſtris igitur a paterna affectione & benevolentia juſtiſſimi ſui Principis ſibi promittit, ut his clementer & legibus conformiter remedeatur.

GRAVAMEN II.

Cum Deliberatoria porrecta & ſemel accepta neque ſecundum Leges & Uſus receptos mutari, neque plane omitti poſſint, in præ-

præsenti autem Conventu publico Deliberatorium 18vum non in Diſtrictus pro ponderatione miſſum ſit, Illuſtriſſ. Suam Celſitudinem Ordo Equeſtris ſubjectiſſime rogat, ſundatum hoc Gravamen clementiſſime abolere.

GRAVAMEN III.

Quum Illuſtriſſ. Celſitudo Sua mandaverit, ut Inventariis præfecturarum noviter conficiendis omnes ad præfecturam non pertinentes ruſtici promiſcue inſerantur, quilibet obligatus eſt profugos ſuos cum moleſtiis & expenſis in Judiciis primarum inſtantiarum quærere. Quia hoc nobilitatem gravibus ſumptibus exponit, Leges vero, inprimis Lauda publica de Anno 1684. 1712. & 1718. receptionem horum profugorum ſub legali pœna prohibent; Illuſtriſſ. Celſitudo Sua a fideli Suo Equeſtri Ordine ſubjectiſſime rogatur huic legali Gravamini clementiſſime remederi.

GRAVAMEN IV.

Dum nonnulli Domini Arrendatores ſecundum tenorem ſuorum Contractuum ante ſubſecutum Sequeſtrum ſummam Arrendæ ſuæ Regiæ Celſitudini prænumerare coacti fuerunt, ne ſolutio negligens eos periculo arrendam amittendi exponeret, conſequenter tantum conditionibus ſuorum Contractuum ſatisfecerunt, iidem vero poſt Celſiſſ. Ducis fauſtum reditum in hos Ducatus, ſemeſtre penſum Arrendæ jam Regiæ Celſitudini Suæ ſolutum, ſecundum obligationem tunc temporis debitam, iterum prænumerare tenentur; hinc Ordo Equeſtris a cognita Juſtitia Patriæ Suæ Patris ſperat, Illuſtriſſ. Celſitudinem Suam querelis horum miſerorum Confratrum, quorum quidam hac re in extrema fortuna ſtant, magnanime & benigniſſime ſatisfacturam eſſe.

GRA-

GRAVAMEN V.

Quum nemo in ſuo contractu ſecundum Leges univerſales turbari poſſit, niſi legitime convictus ſuerit officiis, ad quæ tenetur, deſuiſſe & conſequenter Contractum læſiſſe; nonnulli vero ſine facta reſignatione & diſquiſitione, ante expirationem annorum Arrendæ, Arrendis privati ac detrimentum inſigne & ſummam extremitatem experti ſint; hinc Ordo Equeſtris à magnanimitate & benevolentia Jlluſtriſſ. Suæ Celſitudinis ſperat, Eandem benigniſſime dignaturam eſſe his læſis Membris Nobilitatis gratiam & Juſtitiam clementiſſime præbere.

GRAVAMEN VI.

Quum tempus, quo a venatione abſtinendum, ſecundum omnes Leges a quolibet ſine exceptione ſervari debeat, ſilvarum vero inſpectores nullo reſpectu habito ad anni tempus venentur, quo ipſo ſcopus Legis non attingitur, porro ſupra dicti ſilvarum inſpectores præterea illicitam cauponariam in ſuis domibus de profeſſo exerceant; hinc Ordo Equeſtris ſubjectiſſime rogat, etiam hoc legale Gravamen clementiſſime abolere.

GRAVAMEN VII.

Cum per Edicta publicata in ſingulorum notitiam pervenerit, noviter cuſas monetas Curlandicas in omnibus vectigalium curiis, Portoriis & Ducalibus Poſtarum Præfecturis per Curlandiam ſine exceptione ſumendas eſſe; hoc vero neque in teloniis neque in Poſtarum præfecturis, in magnum detrimentum Provinciæ & ejus incolarum, obſervetur: hinc Ordo Equeſtris ſubjectiſſime rogat publicatum hoc Edictum ad effectum deducere.

Grava-

GRAVAMEN VIII.

Quum Leges tantum in Debitis mere liquidis Monitorium ex Cancellaria concedant, quia alias nemo in possessione sua securus esset, hinc Ordo Equestris fundatam se habere intentionem, credit Monitorium ex Cancellaria contra Consiliarium Regiminis de Plettenberg concessum, tanquam Gravamen legale pro clementi abolitione subiicere.

GRAVAMEN IX.

Non minus vero Ordo Equestris credit, quod semper periculosae & Provinciae praejudiciosae sequelae nascerentur, si res judicatae inscia altera parte promiscue alterari possent, quia alias sententiae ante 50 & plures annos latae reformari possent; hinc Ordo Equestris quoque in his passibus à clementia & favore Principis & Domini territorialis sui benignam & gratiosam exauditionem hujus legalis postulationis sibi promittit.

GRAVAMEN X.

Cum expresse Leges sanciant, quod ad porrectas literas supplices intra sex septimanas Resolutiones subsequi debeant; e contrario vero quod hoc non observetur, nonnulli praesertim e Districtibus conqueruntur; itaque Illustrissi: Celsitudo Sua clementissime ac pro justitia dignabitur hanc querelam fidelis Ordinis Equestris gratiosissime abolere.

GRAVAMEN XI.

Cum semper in usu fuerit, quod omnia bona allodialia Contributiones ad vexillum Nobilitatis persolvere & omnia Onera illuc spectantia sustinere debuerint, ac mentionatum Vexillum Nobilitatis tamdiu in quieta possessione omnium Tariffae inscriptorum praediorum permanere debeat, usque dum ex parte Domus Ducalis clare documentetur, quod nonnulla horum bonorum non vera sint allodialia: attamen reperiuntur nonnulli Districtus, nimirum Autzensis & plures, qui per diminutionem praestandorum laudatorum & alias usitatorum Onerum praejudicia sentiunt & qui à Clementia & magnanimitate Patris Patriae Suae gratiosissimam abolitionem sperant.

GRAVAMEN XII.

Quamvis Ordo Equestris sperasset, quod omnia durante regimine Interimistico Regiae Suae Celsitudinis in praejudicium Nobilitatis emanata Mandata, praesertim Mandatum Regiae Celsitudinis Suae ratione Judaeorum, quapropter Ordo Equestris jam eo tempore continuo in omnibus Conventibus conquestus est, sublata fuerint: attamen Ordo Equestris non levi cum consternatione compertus est, quod laudabile judicium Mercatorum non veritum sit, in lata contra Judaeum Jsaacum sententia sua, hoc Mandatum tanquam principale fundamentum allegare ac eo ipso Leges in praejudicium Publici pro arbitrio suo reassumere, quibus tamen jam derogatum est, & quae omni destituuntur auctoritate: itaque Ordo Equestris a magnanima gratia justissimi Principis ac Domini sui legalem animadversionem & abolitionem hujus fundat Gravaminis, unde Provinciae multae praejudiciosae sequelae enascerentur, sperat.

Mitaviae Ex Conventu publico die 22. Novembr. 1764.

Franciscus Christophorus Schröders p. t. Mareschallus Nuntiorum terristrium.

No. 8.

Lit. K.

RESPONSIO

Ad Gravamina Generosi Ordinis Equestris e Conventu publico Illustrissimæ Celsitudinis Suæ pro clementissima abolitione die 22. Novemb. A. C. subjectissime porrecta.

AD GRAVAMEN I.

Illustriss. Celsitudo Sua gratiosissime declarat, quatenus assecurationem Suam Generoso Ordini Equestri clementissime datam nulla ratione vel alterare vel plane tollere intentionata sit; Celsitudo Sua autem Gen. Ordini Equestri indicare debet, quatenus circa datam suam assecurationem, de præfecturis Ducalibus indigenis tantum per modum dispositionis, hypothecæ & Arrendæ concedendis, nunquam intentionata fuerit, quod acquisita Sua bona allodialia inter has præfecturas Ducales subintelligi deberent; qua propter Eadem cum iis juxta beneplacita Sua de jure disponere & nullatenus sibi persuadere posset, quod Generosus Ordo Equestris hæc jura Sua cum allodialibus suis juxta beneplacita disponendi ullis ulterioribus dubiis adhuc subiicere vellet. Concessio prædii Ducalis Vetus-Sehren modernæ possessori facta pro qualitate circumstantiarum præsentanearum necessaria fuit. Illustriss. Celsitudo Sua autem Generoso Ordini Equestri propensum Suum animum etiam circa illud se demonstraturam esse declarat, quod concessiones præfecturarum Ducalium, sive sint pignoris sive dispositionis vel Arrendæ, non-indigenis concedi non debeant. Et cum in hoc Gravamine 1mo quod non-indigenis præfecturæ Vetus-Sehren, Allschwangen, Würtzau concessæ essent, adhuc annexum sit &c. &c. igitur Generosus Ordo Equestris indigitabit, quas personas per tale &c. &c. intellexerit. Quo facto Illustriss. Celsitudo Sua desuper se quoque gratiosissime declarabit, & quidem illum in finem, ut hæc materia plenarie definiatur, nec ullis ulterioribus declarationibus amplius subjecta sit.

AD GRAVAMEN II.

Illustriss. Sua Celsitudo Generoso Ordini Equestri indicat, quod inter Deliberatoria in Conventu publico 1763. cum subscriptione Generosi Mareschalli Nuntiorum terrestrium tunc temporis porrecta, nullum Deliberatorium 18vum comprehensum fuerit, sicut ex Originali in Cancellaria asservato probari potest; hinc in Conventus publici indictione non simul cum reliquis in Districtus circummitti potuit.

AD GRAVAMEN III.

Cum antiquitus in confectione novorum Inventariorum præfecturarum omnes rustici in præfecturis reperti promiscue consignati fuerint; hinc Illustriss. Sua Celsitudo nihil novi & insveti in suis dispositionibus similibus statuit, & quemadmodum Eadem circa Inventaria rusticorum nunquam intentionata fuit extraditionem profugorum difficiliorem reddere, sed potius numerum rusticorum hac ratione determinare: hinc Celsitudo Sua etiam gratiosissime hisce assecurat, ut si quidam rusticos ex Præfecturis Ducalibus tanquam profugos quæreret & sufficientem probationem summariter adferret, tales statim sine ulla prolixitate processuali, sicuti jam sæpius hactenus factum est, extradi debeant.

AD GRAVAMEN IV.

Illuſtriſſ. Sua Celſitudo a nemine duplam ſolutionem Arrendæ poſtulavit & quum a nullo ſolutio Arrendæ denegata fuerit, minime apparet, quomodo Gravamen inde colligi potuit.

AD GRAVAMEN V.

Illuſtriſſ. Sua Celſitudo, ineunte Suo regimine, ab omnibus tunc temporis Arrendatoribus, prout juri conſentaneum eſt, requiſivit, ut ſuos Contractus de præfecturis locatis ad Cameram Ducalem mitterent, & in eorum locum alios cum Celſitudinis Suæ ſubſcriptione reciperent. Eadem igitur nulli eorum, qui huic clementiſſimæ declarationi obſecuti ſunt, ante expirationem annorum Arrendæ, præfecturam ademit, e contrario adverſus eos, qui à Celſitudine Sua Contractus recipere recuſarunt, nullo alio modo procedi potuit, quam ut præfecturæ illis adimerentur, quia ipſimet taliter ſe gerendo juri ſuo abdicarunt.

AD GRAVAMEN VI.

Quando Illuſtriſſ. Sua Celſitudo neceſſaria pro victu Aulæ Suæ per venatores & ſaltuarios ſuos procuravit; hoc nequaquam extra ſuos proprios limites & ſilvas, attamen ibidem quoque cum debita præcautione & moderatione factum eſt, ita, ut per id conſervationi ferarum nullum præjudicium factum ſit; quumque hoc ſimiliter à Nobilitate in limitibus ſuis exercetur, eo minus exinde Gravamen expectandum fuiſſet. Quod vero querelas attinet de illicita cauponaria ſaltuariorum in domibus eorum, Illuſtriſſ. Celſitudo Sua non ſolum jam Mandata expedivit, ut illicita cauponaria in ſaltuariorum domiciliis abrogetur, ſed etiam in futurum affecurat, ſi quidam de eadem re accuſaretur, huic illicitæ cauponariæ remederi.

AD

AD GRAVAMEN VII.

Illuſtriſſ. Suæ Celſitudini ignotum eſt, noviter cuſas monetas poſt Edictum evulgatum in Ducalibus Præfecturis Poſtarum, teloniis & Portoriis non recipi. Cum vero certum ſit, monetam parvam hujus Provinciæ ad ſolvendum, quod exteris Poſtarum Præfecturis pro literarum curſu debetur, nequaquam offerri poſſe; hinc quoque a Poſtarum Præfectis hujus loci non poſtulari poteſt, ut ultra valorem ejus, quod pro literarum curſu intra Provinciam debetur, in ejusmodi moneta recipiant, ſicuti quoque in omnibus regionibus uſitatum eſt, ut in Poſtarum, vectigalium & acciſarum curiis minores ſummæ in parva moneta recipiantur, majorum vero ſummarum & currentium rationum ſolutiones in majoribus monetæ ſpeciebus fieri debeant.

AD GRAVAMEN VIII. & IX.

Cum hæc Gravamina ſibi invicem oppoſita ſint, Generoſus Ordo Equeſtris antea evincet, utrum Provincialibus Statutis conforme ſit, quo facto Illuſtriſſ. Celſitudo Sua ſeſe deſuper declarabit.

AD GRAVAMEN X.

Juſtiſſima Illuſtriſſimæ Celſitudinis Suæ voluntas ſemper illa fuit, ut Reſolutiones ad porrectas in Cancellaria & Camera Ducali Supplicas, quantocius fieri poſſit, expediantur. Si vero ad unam vel alteram Supplicam Reſolutio non in continenti ſubſecuta eſſet, ratio inde quærenda quod ſupplicæ propter nimiam illarum multitudinem ſæpius in continenti proponi non poſſint, dum Regimen præter Judicialia etiam cum Commiſſionibus Inquiſitionis, cauſis granities concernentibus, acceptione rationum portoriorum, præfecturarum Poſtæ, acciſarum & teloniorum, pariter

riter cum expeditionibus & reſponſionibus ad requiſitoriales & ſubſidiales, quæ ab exteris locis adveniunt, nec minus cum publicis negotiis multifarie occupatum eſt. Interim Illuſtriſſ. Celſitudo Sua tamen, quantum fieri poterit, id obſervandum mandabit, ut, licet Lauda publica tantum paucos dies hebdomadis, quando judicia non celebrantur, ad expeditionem ſupplicarum deſtinent, Deciſiones Commiſſoriales vero, ut ſupplicæ, niſi periculum in mora ſit, non durantibus judiciis expediantur, expreſſe diſponant, & quamvis jam plures Supplicæ quam antea porriguntur, illæ hoc non obſtante, quam citiſſime fieri poterit, expediri debeant, prout etiam de porrectis in hoc anno permultis ſupplicis juxta indicationem Regiſtraturæ tantum aliquot ſupra viginti ante decurſum anni expediendæ ſunt. Illuſtriſſima Celſitudo Sua Gravamen hoc perlubenter abolebit, illorumque, qui illud Gravamen allegarunt, querelis remedebitur, ſi Generoſus Ordo Equeſtris eos indigitaverit, atque ſi deprehenſum fuerit quod Supplicæ illorum in Cancellaria adhuc inexpeditæ exſtent.

AD GRAVAMEN XI.

Sicuti neceſſarium eſt & immutari nequit, ut omnia Allodialia ad vexillum Nobilitatis contribuere & onera huc pertinentia ſuſtinere debeant; ſic etiam extra dubium eſt, ut ſolutio Contributionum & Onerum ad Vexillum Nobilitatis a prædio Ducali, quod per errorem in Tariſſa tanquam allodiale conſignatum eſt, non ulterius locum habere poſſit. Illuſtriſſima Celſitudo Sua igitur clementiſſime declarat, ſe probationes per Documenta ex Archivo Generoſo Equeſtri Ordini proponi curaturam eſſe, ſi Gen. Ordo Equeſtris ea prædia exacte ſpecificaverit, quæ uſque adhuc in Tariſſa bonorum equeſtrium conſignata fuerunt & ad vexillum Nobilitatis Contributionem ſolverunt, nunc vero ab hac contributione tanquam non allodialia exempta fuerunt.

AD GRAVAMEN XII.

Ex prioribus tranſactionibus Conventuum publicorum patet, Generoſum Ordinem Equeſtrem abrogationem Mandati, circa Judæos ſub antecedenti regimine emanati, non ulterius ſed modo eatenus quæſiviſſe, quatenus in eo aliquid contra Lauda publica contentum ſit, neque Illuſtriſſima Celſitudo Sua concedet, ut vi Mandati ſupra dicti Lauda adverſus publica procedatur. Si igitur in cauſa mercatorum contra Judæum Iſaacum laudabile mercatorum Collegium ſententiam ſuam publicatam in ſupra mentionato Mandato fundaverit & lis hæc in judiciis pendeat, per Appellationem quoque jam ad Judicium ſuperius devoluta ſit, conſequenter ad cognitionem Judicii Appellationis pertineat: num judicia a quibus in Mandato mentionato ſeſe fundare poſſint? Hinc Illuſtriſſima Celſitudo Sua juxta Provinciæ Statuta & Leges huic cauſæ in judiciis liberum juſtitiæ curſum permittere debet & ante exitum rei ſtatuere nequit, num hoc Gravamen fundatum ſit.

Denique Illuſtriſſima Celſitudo Sua ad Gravamen 1mum adhuc Generoſo Ordini Equeſtri indicat, præfecturas Angern, Uggen-Zehm & Seelgerben ad officinas ferrarias totius Provinciæ commodo inſervientes neceſſario pertinere & in hunc finem traditas fuiſſe; hinc Generoſum Camerarium de Nordenflycht non pro mero Arrendatore prædiorum dictorum habendum eſſe. Mitaviæ die 27. Novemb. Anno 1764.

No. 9.

RESPONSIO

Ad Declarationem Illuſtriſſimæ Celſitudiuis Suæ Principis ac Domini Noſtri Clementiſſimi, Generoſo Ordini Equeſtri ad Gravamina pro benigniſſima abolitione humillime exhibita, de dato Mitaviæ d. 27. Novemb. 1764.

AD GRAV. I.

Illuſtriſſima Celſitudo Sua, in Pacto ante Feudi Inveſtituram cum Ordine Equeſtri clementiſſime inito, Nobilitati gratioſiſſimam dedit aſſecurationem, omnes præfecturas & bona Ducalia, ſolis Nobilibus Indigenis, per modum oppignorationis, Diſpoſitionis, vel Arrendæ concedere. Quodſi igitur ſub expreſſione præfecturis Ducalibus annexa, BONA, non alia niſi Allodialia ſub intelligenda ſint, illa quoque haud aliter quam Bona Ducalia characterizari poſſint; ideo Ordo Equeſtr. non perſpicit, qua ratione Allodialia à promiſſione iſta, ante Inveſtituram Feudi benigniſſime data, & in communi Ordinis Equeſtr. Congregatione gratioſiſſime repetita eximi poſſint, vel eo non conſiderato, quod Nobilitas horum Ducatuum, multa de benificio hocce cum tanta magnanimitate conceſſo amiſſura foret, ſi Allodialia in promiſſione Pacti non continerentur. Prædium Ducale Würzau Allodiale bonum eſſe, Ordini Equeſtri ex eo plane incognitum eſſet, quia nunquam ad vexillum Ordinis Equeſtris quædam contribuiſſet, conſequenter multorum adhuc ſolventium rationibus expoſitum foret, ſi hoc probari poſſet. Quod porro ad deſideratam accuratiorem determinationem illorum &c. &c. attineret, Ordo Equeſtris in difficultate verſaretur, omnes non Indigenas, quibus diſpoſitiones vel Arrendæ conceſſæ eſſent, nominatim allegare, ſiquidem Generoſum Regimen horum Ducatuum, quippe quod Conſignationem omnium Diſponentium Arrendatorumque in promptu habet, hos optime detegere poſſet, ubi fortaſſe perſpiciendum foret, quosdam civicæ Conditionis hoc beneficio quoque gaudere. De cætero Ordo Equeſtr. neque etiam credit neceſſarium eſſe, propter officinam ferrariam pactum ſupramemoratum clementiſſime conceſſum contraveniri, quoniam Generoſus Camerarius de Nordenflycht, beneficium Arrendæ trium præfecturarum etiam non fruendo, officio tamen ſuo præeſſe poſſit.

AD GRAVAMEN III.

Cum Kmethonum numeroſitas per Conſignationem peregrinorum in Inventario tam parum determinanda, quam fugitivorum receptio, ſecundum Leges noſtras in totum prohibita ſit; porro nulla ſubſit controverſia, quin in omnibus anterioribus præfecturarum Inventariis, ſi etiam peregrini in Inventario notati fuerint, ſemper literæ peregr. vel peregrinus adjunctæ eſſent, conſequenter peregrinus talis omni tempore ab Arrendatore, facta deductione partis impetrantis, extradi potuiſſet; ideo præſens modus omnino ceu novus ac inuſitatus reſpici poteſt, ſiquidem unusquisque, cui pro nunc fugitivus ex præfecturis avocandus eſt, neceſſitatum ſe vidit, deductionem ſuam ſummariter Mitaviæ aut coram Judice loci proceſſualiter proferre, id quod ſemper quæſitum Imperantis difficilius & ſumptuoſius reddit.

AD GRAVAMEN IV.

Quod penſiones Arrendæ pro anni Dimidio ab illis, qui ſecundum tunc temporis Contractum ſuum, illas Regiæ Celſitudini Suæ ante Feſtum Nativitatis Chriſti ſolvere debuerunt, iterum poſt Feſtum Nativitatis Chriſti ſolvi debuerint, Mandata eapropter expedita tam clare demonſtrant, quam Supplicationes eapropter exhibitæ oſtendunt, tunc temporis Arrendatores dimidias Arrendæ Suæ penſiones invitos pro ſecunda vice ſolviſſe, quodque eædem à nonnullis pro ſecunda vice ſolutæ ſint, ſane effectus fuit metus nimis præcipitati, ne in caſu non ſolutionis præfecturam amitterent, & in diſcrimine relinquerentur.

AD GRAVAMEN V.

Tametſi tunc temporis Arrendatores propter recuſatam agnitionem Ducalis Regiminis novos aſſumere Contractus dubitaverint, ac per id eô ipſô beneficio annorum Arrendæ in Contractibus Suis iisdem aſſecuratorum manifeſto renunciaverint; attamen ſemper ex eodem infractio Legum noſtrarum reſultat, quod illi ante præviam legalem reſignationem ex improviſo ex poſſeſſione miſſi, resque eorum ſequeſtratæ fuerint.

AD GRAVAMEN VIII. & IX.

Cum ex ambobus Gravaminibus Nobilitati haud leve enaſcatur præjudicium, ita ambo iſta, quamvis ſibi oppoſita, fundata tamen manent Gravamina. Etenim ſi in caſu priori Nobilitati periculoſum ſit, quod ſuper eadem in cauſa Juris litigioſa arbitrario ex Cancellaria cognoſci poſſit; ita in poſteriori caſu tam Legibus contrarium manet, ſi ſententiæ, vim rei judicatæ jam nactæ, inſcia altera parte à Sereniſſimo mutari poſſent, ſiquidem ſecuritas vetuſtiſſimarum quoque Deciſionum per id dubia reddi poſſet.

AD GRAVAMEN IX.

Quam parum in dubium vocari poteſt, quod omnia Allodialia ad vexillum Ordinis Equeſtris contribuere, debitaque onera ferre debeant; tam parum Ordo Equeſtris prius in quieta horum Jurium poſſeſſione turbari poteſt, usque dum aliunde probatum ſit, retentam hancce Poſſeſſionem irritam & inadmiſſibilem fuiſſe. Quamdiu autem talis probatio non exhibita eſt, tamdiu & in Conſignatione bonorum ſecundum uncos, (quod vulgo Tariffam vocant,) mutatio nulla unilateraliter fieri poteſt, niſi ab executione initium fieri intendatur. Præinſertas Rationes ad majorem Dilucidationem Gravaminum, Illuſtriſſimæ Celſitudini Suæ pro benigniſſima abolitione perhumillime traditorum Ordo Equeſtris gratioſiſſimo juſtiſſimi Patriæ Patris Sui examini ſubiicit, benigniſſimamque Petitorum ſuorum in Gravaminibus ſubmiſſiſſime formatorum contentationem ſpe & devotione plenus expectat.

Mitaviæ ex Ordinis Equeſtris Congregatione die 3. Decembr. 1764.

Franciſcus Chriſtophorus Schröders p. t. Deputatus Mareſchallus.

No.

No. 16.

DECLARATIO ULTERIOR

Illustrissimæ Celsitudinis Suæ ad Responsionem adversam a Generoso Ordine Equestri, super Altè Ejusdem ad Gravamina datam Declarationem, die 3tia Decembr. A. C. humillime exhibitam.

AD GRAV. I.

Tam Inventaria in Camera Ducali asservata, quam assumptus atque continuus loquendi usus, sufficienter confirmant, quod bona etiam feudalia promiscue, imprimis, quoad limites vel Kmethonum numerum majora vel minora, nomine præfecturarum vel bonorum connotentur. Prout igitur eatenus à Generoso Ordine Equestri hic facta distinctio inter præfecturas & bona nec lege suffulciatur, neque per loquendi rationem, vel usum Cameræ justificetur; ita etiam Illustrissima Celsitudo Sua, nonnisi jam datæ declarationi Suæ inhærere potest: quod nimirum in facta assecuratione Sua, bona Allodialia per Eandem Ipsam acquisita sub præfecturis Ducalibus non comprehendisset, quapropter igitur Alte Eadem in Jure Eidem competente, cum Allodialibus Suis pro bene viso Suo disponendi, eo minus restringi concedere potest, cum Allodialia Sua non ex feudi reditibus, sed ex propriis pecuniis adhuc ante Feudi Investituram acquisivisset. Jure tamen hocce non considerato, quod Illustrissima Celsitudo Sua sibi etiam pro semper illimitatum reservat, illa nihilominus, prout notum est, Allodialia bona, modo supradicto per Eandem Ipsam acquisita Nobilibus Indigenis in Dispositionem concedit, neque eosdem in futurum à tali concessione excludere intendit, si cum cognitis & œconomiæ bene peritis personis inter eosdem, sive de dispositione vel arrenda convenire poterit.

Præfecturam Würzau Illustrissima Celsitudo Sua jam ad propriam Suam Dispositionem retinuit, Generoso quoque Ordini Equestri natura atque conditio præfecturæ hujus, quodque illa nullis postsolvendis rationibus exposita sit, non incognitum esse potest, siquidem Consignationes & Computationes in Conventu publico 1746. & postea iterum 1752. Ordini Equestri ad Desiderium Ejusdem traditæ ostendunt, Domum Ducalem ratione pecuniarum laudatarum propter bonum Würzau aliaque bona, & ratione cœterarum ibi formatarum prætensionum haud exiguam summam reposcere posse. Cumque bona Ducalia ad officinam ferrariam Angerensem tradita, quia partim ex fundis eorum materialia ad illam sumi, partim ex illis auxilia necessaria per operas extraordinarias (vulgo Leczibas dictas) suppeditari debent, ab instituta officina ferraria ista separari haud possint; ita traditio hæcce præfecturarum non bene ceu beneficium Arrendæ pro illo, qui operam illam suscepit, considerari neque intuitu dispositionis eorum pro maximo præjudicio Interesse Ducalis mutatio institui potest. De cætero Illustrissima Celsitudo Sua Generoso Ordini Equestri ad ponderandum relinquit, quod cum Ille in Responsione Sua adversa, quis & quales sub illo &c. &c. intelligantur, non ulterius determinavisset, ab Eadem haud postulari possit, ad Gravamen contra Eandem formatum Ipsam necessariam suppeditare probationem.

AD GRAV. III.

Si peregrini ad bonum quoddam perveniunt, ad id, quod illi fugitivi sint, cum suffragio Juris concludi haud potest, & sane nullibi,

nullibi, si advenae ejusmodi ad interrogationem locum nativitatis suae occultent, tam parum moris quam Juris est, Originem eorum duris inquisitionibus, adhibitaque severitate extorquere. Quodsi igitur ex Connotatione ejusmodi hominum in Inventario, quae testantibus omnibus antiquis & recentioribus praefecturarum Inventariis à longissimo tempore in usu fuit, nullatenus receptio fugitivorum legibus prohibita assumi possit, Illustrissima quoque Celsitudo Sua secundum datam declarationem suam per Consignationem eorum in Inventario numerositatem Kmethonum cognosci intendat; ita altè Illa Generoso Ordini Equestri quod a praefecturis ceu fugitivi avocandi, exhibita probatione summaria, semper absque ulla prolixitate processuali extradi debeant, hisce benignissimam iterum praebet assecurationem, hocce Gravamen eo magis abolevisse credit, cum nulli Impetranti per talem Consignationem Inventarii quaesitum suum difficilius reddatur, siquidem ubivis in Ducatibus hisce, circa avocationem fugitivorum nisi in recenti fuga capiantur, probatio summaria, si quoque illi in Inventario non connotati sint, extraditioni praecedere debet, cum alias peregrini homines, qui in bono quodam essent, à non Dominis etiam avocari possent.

AD GRAV. IV.

Cum nemini in hisce Ducatibus incognitum fuerit, Illustrissimam Celsitudinem Suam jam tempore aestatis ideoque adhuc multum ante tempus festi Nativitatis Christi anni 1762. in procinctu fuisse, Ducatus Suos Eorumque Regimen iterum recipere, Eumque, ad finem illum obtinendum, non solum sub dato St. Petroburgi, die 20. Julii, 1762. Manifestationem, protestationem, Juriumque Reservationem in Cancellaria horum Ducatuum insinuari curasse, sed etiam in mense Septembr, ejusdem anni ad limites horum Ducatuum accedisse, Sequestrationem, ne Serenissimae Regiae Celsitudini Suae reditus Ducatuum ultra recipere concederetur, jam imminuisse; ideo Generosi Arrendatores ex eodem sufficientia sumere debuissent motiva, pensiones Arrendae à Festo Nativitatis Christi usque ad Festum St. Ioannis 1763. Regiae Celsitudini Suae eo magis non solvere, cum Contractus Arrendae neminem prius quam circa Festum Nativitatis Christi ad solutionem adstringant, quodque plurimi Arrendatorum fecerunt. Quodsi igitur quidam Generosorum Arrendatorum, secundum praetextum suum, quod tamen Illustrissimae Celsitudini suae incognitum est, nihilominus Arrendae pensiones suas, Regiae Celsitudini Suae, contra meliorem Ipsorum notitiam, illud pro tunc temporis circumstantiis de Jure fieri non posse, revera solverint, ac deinde, recepto ab Illustrissima Celsitudine Sua Regimine, illas Jure exactas Arrendae pensiones Eidem iterum praestiterint; ita ejusmodi Arrendatores, si etiam praetexta illa solutio revera facta esset, damnum exinde iis ortum nemini quam sibi ipsi imputare possunt, cum illi, si citra Illustrissimae Celsitudinis Suae scientiam binas solutiones fecissent, indemnisationem suam non ab Illustritate Sua, quippe quae exstantes Arrendae pensiones cum Jure exegisset, sed à Regia Celsitudine Sua, cui sub illo tempore incompetenter solvissent, quaerere debuissent. Quapropter etiam Illustrissima Celsitudo Sua Arrendatores illos, qui, prout Eadem jam non recordatur, solutione Arrendae jam facta, iterum illam solverunt, pro repetitione Arrendae illuc remittunt, ubi solutionem incompetenter praestiterunt.

AD GRAV. V.

Generosus Ordo Equestris Ipse concedit, quod Arrendatores, qui, ob recusatam agnitionem Regiminis Ducalis, Contractus novos sub altè Ejusdem nomine accipere noluerunt, eo ipso beneficio

neficio annorum Arrendæ, in Contractibus suis Ipsis assecuratorum renunciassent. Hoc ceu vero præsupposito, Illustrissima Celsitudo Sua perspicere non potest, quomodo per altè Ejusdem agendi modum, siquidem variæ expeditæ resignationes & mandata pro violatione autoritatis Ejus territorialis, Juriumque, & contra altè Ejusdem dignitatem sat indecenter remissæ fuerint, nonnulli etiam, Commissionem haud attendendo, illegali abductione pecoris immobilis, frumenti intriturati, Straminis, variarumque aliarum Inventarii rerum præfecturas deseruerint, Leges contra illos infringi potuissent, qui ipsi Leges deseruerunt, ac Jura Ejus agnoscere noluerunt. Et prout Illustrissima Celsitudo Sua cum certitudine assecurare potest, quod, si etiam Arrendatores pro jam adducta eorum agendi ratione & præfecturarum possessione mittere necessitatam se viderit, Illa tamen nullius facultates Sequestrationi submitti fecerit; ita a Generoso Ordine Equestri sperat quoque, illum ex abolitione hujus Gravaminis contentatum, & circa hæc jam quoque acquieturum fore.

AD GRAVAMEN VIII. & IX.

Pro Ipsius Generosi Ordinis Equestr. perspicientia & concessione Gravamina 8vum & 9num sibi invicem sunt opposita. Quemadmodum igitur ex tenore amborum Gravaminum istorum absque contradictione sequitur, ambo illa simul aboleri non posse, siquidem, eo ipso, quod Illustrissima Celsitudo Sua, ad Gravamina à Generoso Regiminis Consiliario de Plettenberg contra Monitorium quæstionis ceu in causa illiquida supplicando illata, executionem ab impetrantibus quæsitam non concesserit, Gravamen 9num ortum est, consequenter illud tollere nequit, nisi 8vum firmum maneret, & vice versa; ita Illustrissima Celsitudo Sua ulteriorem melioremque declarationem dare nequit, quam, ut Eadem Generoso Ordini Equestri gratiosissimam præstet assecurationem, quod

quod in posterum neque in causis illiquidis executiones ex Cancellaria decerni, neque etiam emanata jam decreta mutari debeant.

GRAVAMEN XI.

Prout secundum principia Juris omnis solutio, ubi non debetur, cessat, & circa notissimam Juris Regulam; qui scit, se non debere, & nihilominus solvit, repetendi jus non habet, haud facili negotio statuendum erit, quod de Bonis Ducalibus in Consignatione bonorum Nobilium, (vulgo Tariffa nominata) pro repertis & exstantibus documentis, irrite notatis indebitum ultro solvi debeat; ita affirmari quoque nequit, quod per retentionem pecuniarum laudatarum hucusque à bonis Ducalibus indebite solutarum, initium ab executione factum sit, siquidem Jura exceptionem seu retentionem facilius, quam actionem seu soluti repetitionem concedant, præterea autem Generoso Ordini Equestri Consignationes bonorum in Consignatione prædiorum Nobilium irrite notatorum, jam iterata vice, nimirum in Conventibus anni 1746. & 1752. traditæ sunt, quibus Consignationibus fundamentum quoque, secundum quod bona ista in Consignatione bonorum Nobilium reperta vera feuda sint, adjunctum est, quocirca etiam de bono Autz, in Gravamine speciatim nominato, indicatum est, illud post subjectionem a Gotthardo piissimæ memoriæ Jure novi feudi tunc temporis Consiliario Ducali Gerhardo de Reck concessum, & ab altè memorato Duce retroemtum esse.

Illustrissima Celsitudo Sua exinde cum fiducia ab æquitate Generosi Ordinis Equestris sibi promittit, quod ille tam hocce Gravamen quam præcedentia pro legaliter abolitis assumpturus sit.

H. L. ab Offenberg, Landhoffmeisterus.	Joh. Ernestus Klopmann, Cancellarius.
F. G. de Franck, Oberburggrabius.	Otto Frider. Sass, Landmarcschallus.

No.

No. II.

Ex Diario Conventus publici, de die 12. Nov. 1764. de die 7ma Decembr. ante Merid.

&c. &c. Postquam Domini Consiliarii Supremi discessissent, Declaratio ab Illustrissima Celsitudine Sua ad responsionem adversam Ordinis Equestris, quoad Gravamina, data prælegebatur. Post ejus examinationem luculenter apparebat, eandem sensum Districtuum instructionum nullatenus adimplere, Ordinem quoque Equestr. per eam tam parum contentatum se credere posse, quam per priorem á parte Illustritatis Suæ datam responsionem, quia easdem continerent rationes. Domini Deputati deliberabant, quid iis circa eadem observandum esset, imprimis cum in Laudis publicis novissimis officio Dominorum Deputatorum sub tam gravi coerciti one determinata essent. Dominus Plenipotentiarius Ordinis Equestris posthæc Dominis Deputatis ea, quæ haud tamen præoccupando sentiret, sequenti modo aperiebat.

„Quod, cum in priori æque ac in posteriori Respon„sione exhibitorum Gravaminum, Stuba Conventus pro „Instructionibus Suis nullatenus contentatam se respiceret, „ex optima intentione sua consuleret, Conventum limita„re, Responsiones ad Gravamina in Districtus ad referen„dum transferre, fratrumque suorum sententias, utrum „circa easdem acquiescere vellent & possent, desuper ex„periri. Ordo Equestris brevi mora hacce tam parum „amissurus, quam Ille eatenus potius eo perventurus fo„ret, ut in casu, si Districtus isti responsione ista contenti „non essent, & remissio ad Poloniam locum invenire posset, „alium Delegatum ad Poloniam eligere potuerit, quia præ„sens Ordinis Equestr. Delegatus, Generosus Cameratius „& Eques de Medem, eo etiam in casu, si Gravamina ista „neque unius neque alterius partis prærogativas infringe„rent, Gravamina Nobilitatis contra Serenissimum defen„dere per litteras Suas proprias recusasset. Ordo Equestr. „illud catenus haberet commodum sat magnum, ut in li„mitato hocce Conventu relationem simul de iis, quæ Var„saviæ evenerunt, ex Ore Domini Delegati percipere, & „jamjam felicissime subsecuta Coronatione, hoc sub tem„poris spatio de communi concordia sperare posset, quæ „omnimode semper promovenda esset.

Domini Deputati propositam hanc à Domino Plenipotentiario Provinciali sententiam eo magis approbabant, cum plurimi Dominorum Deputatorum, ad sensum Instructionum suarum iis concreditarum, limitationem Conventus hujus inevitabiliter necessariam crederent, inter se quoque de eodem conveniebant, sessionemque ad pomeridiem hora secunda limitabant.„

No.

No. 12.

EX DIARIO

Conventûs publici extraordinarii

De die 12ma Novembris Anni 1764.

De die 12ma Decembris ante Meridiem.

Peracta Diarii prælectione, Generosi Domini Consiliarii Supremi in Stuba Conventûs comparebant, ac Ordini Equestri Declarationem Illustrissimæ Celsitudinis Suæ tradebant, quod Altè Eadem pro Statu Valetudinis Suæ, & pro usu aquarum salutarium, in limitationem hujus Conventûs usque post Festum Sancti JOANNIS Anni futuri nullatenus condescendere posset, ideoquè ab Ordine Equestri speraret, ut intuitu adductarum rationum legalium sese accomodaturus foret, Terminum istum ad Mensem Februarii, vel Martii constituere.

Posthac Domini Consiliarii Supremi discedebant, & Domini Deputati inter se conveniebant, pro convincendo Illustrissimam Celsitudinem Suam de devotissimâ reverentiâ, infucatâqué observantiâ suâ, Conventum huncce publicum, vel eo quoque haud consideratô, quod propria eorum negotia negligerentur, usque ad diem 5tam Martii anni futuri limitare,

Resolutio hæcce Generosis Dominis Consiliariis Supremis, per Dominum de Derschau, & Dominum de Stempel notificabatur, qui assecurabant, Illustrissimam Celsitudinem Suam, hanc, ab Ordine Equestri susceptam Resolutionem, pro Summo beneplacito Suo accepturum, eamquè plenariè approbaturum fore. Ge-

Generoſi Domini Conſiliarii Supremi, qui non ita multo poſt ab Aula revertentes, ad Stubam Conventûs Se conferebant, Ordini Equeſtri notificabant, quatenus Illuſtriſſima Celſitudo Sua conventum ab Ordine Equeſtri Terminum Limitationis ad Diem 5tam Martii clementiſſimè approbare, gratioſiſſimé dignata ſit.

EX EODEM DIARIO

De Die 15ta Decembris poſt Meridiem.

Ordo Equeſtris ab Illuſtriſſimâ Celſitudine Suâ gratioſiſſimè benigniſſimeque dimiſſus, ad Stubam Conventûs Se recipiebat, Diarii collationem cum adjunctis finiebat, & Generoſo Domino Ordinis Equeſtris Rottmagiſtero de Brunnow, ad Ærarium Ordinis Equeſtris pertinentia Originalia tradebat, cum amiciſſimâ requiſitione, eadem Domino Supremo Ærarii Præfecto tradere.

Deinde Dominus Deputatorum Mareſchallus, in expreſſionibus amicitiâ plenis, de fiduciâ Ordinis Equeſtris in eum alterâ vice collocatâ, qua Eidem Directorium hujus Conventûs commiſſum fuerit, gratias agebat. Quo factô Conventus hicce publicus conſervatus & in activitate ſuâ ſubſiſtens usque ad terminum in Diario conſtitutum, Die 5tæ Martii Anni futuri, cum omni Jure, effectu & robore Suo hicce limitabatur.

Mitaviæ Ex Conventu publico die 15ta Decembris 1764.

Franciſcus Chriſtophorus Schröders p. t. Deputatorum Mareſchallus.

No.

No. 13.

EXTRACTA

ex Laudo publico Anni 1645ti diei 18. Martii.

§. 19. Illi qui homagium præſtare nolunt ab Advocato Fiſci tanquam inobedientes & contemptores Legum publicarum, tenore hujus Laudi publici, adcitari debent.

§. 21. Capitanei, ſi indigenæ, Nobiles & cum prædiis hæreditariis vel pecuniis bene poſſeſſionati ſunt, nec non Poſſeſſores hypothecarii Arrendatores & de ſummis capitalibus ſuis viventes, qui nobis homagium præſtituerunt, ad publicas conſultationes admittendi ſunt.

EXTRACTUM

ex Laudo publico Anni 1692. diei 23. Auguſti.

§. 1. Quantum attinet jurisdictionem territorialem ut & abolitionem Gravaminum, ſi in poſterum novus Princeps ex Noſtris Ducalibus & Succeſſoribus ſuccederet, jurisdictio ipſi ſicut antea ſic & poſt hæc ſemper relicta manebit. Quam primum vero ipſe Sæ Ræ Majeſtati homagium præſtiterit, Ordo Equeſtris ad præſtationem ſui homagii literis convocandus eſt, poſt factam hanc convocationem Gen: Ordini Equeſtri competet, gravamina ſua quatuor hebdo-

domadas ante terminum homagii per deputatos ſuos in literis porrigere, quô factô novus Dux eadem pariter in ſcriptis per clementer ſuas extradendas reverſales abolebit, Si veró præter ſpem gravamina quædam non poſſent aboleri, tamen homagium in termino præfixo præſtari debet, & poſterô die ſine morâ gravamina non compoſita in indictô conventu publicô qui ſimul cum indictione præſtationis homagii præfigetur, per Deputatos abolenda erunt, & quæ tunc non poſſent componi gravamina, illa Sacræ Regiæ Majeſtatis deciſionem remittenda erunt.





No. 14.

EX DIARIO CONVENTUS

Die 5ta Martii, Anni currentis 1765.

post Meridiem.

Dominus Deputatorum Mareſchalcus cum Generoſo Ordine Equeſtri ad ſtubam Conventus ſeſe conferebat. Quoniam igitur, Sacræ Regiæ Majeſtati Suæ, jam glorioſæ regnanti ac Sereniſſimæ Reipublicæ ſecundum Pacta fundamentalia hujus Status, debita fidelitas, devotio, ſummaque attentio, unicuique Indigenæ, tam communiter incumbit, quam ſecundum ejus conexio-

nexionem naturalis eſt, eo igitur reſpectu à Domino Deputatorum Mareſchalco, Curialium exhibitio proponebatur; cum autem eadem in Conventibus publicis limitatis inſolita & ab omnibus Deputatis ceu ſuperflua reſpiciebantur, ita Dominus Deputatorum Mareſchalcus, Deputato Seelburgenſi de Haudring, Nerfftenſi & Aſcheradenſi Deputato de Biſtram, Grentzhoffenſi Deputato de Berg, & Neuenburgenſi Deputato de Stromberg committebat, Electionem Mareſchalli Deputatorum, initiumque Conventus publici Illuſtriſſimæ Celſitudini Suæ cum debita attentionis conteſtatione, notificare. Iſti Deputati ad Palatium ſe conferebant, indeque reſponſionem referebant, quod Illuſtriſſima Celſitudo Sua electionem Deputatorum Mareſchalci placide acciperet, ordinique Equeſtri de eadem congratularetur.

Die 6ta Martii poſt meridiem.

Deliberationes, num per totalem Curialium privatorum à nonnullis Deputatis propoſitorum, ommiſſione in formalibus ad Conventum publicum pertinentibus errari, ex eoque Generoſo Ordini Equeſtri præjudicium enaſci poſſit, ad craſtinam usque congregationem differebantur, ac Seſſio usque ad craſtinum diem hora IX. antemeridiana differebatur.

Die 7ma Martii antemeridiem.

Pp. Dilato igitur hoc negotio, materia ratione Curialium proponebatur, & Domino de Saſs, cum Domino de Stromberg a Domino Deputatorum Mareſchalco committebatur, Dominis Conſiliariis Supremis nunciare, quatenus pro Curialium exhibitione hora undecima antemeridiana exoptaretur. Domini Deputati, quibus hocce commiſſum, paulo poſt referebant, quod moderņus Dominus Landmarſchallus illud Duci notificaſſet, quodque Illuſtriſſima Celſitudo Sua non abnueret illa hora undecima recipere, ac memoratus Dominus Landmarſchallus Generoſum Ordinem Equeſtrem in Palatio expectare vellet. Domini Deputati Diſtrictuum Talſen, Candau, Bauske, Eckau, Baldohn, Neuenburg, & Seſſau, ut & Zabelenſis Dominus Deputatus de Brincken, ſpatium ſibi in Diario expetebant, ut ratione præſtandorum Curialium ſecundum inſtructiones ſuas in ſucceſſu neceſſaria inferri poſſent.

Die 8vo ante meridiem.

Prælecto more ſolito Diario, Dominus Deputatorum Mareſchalcus Curialia exhibita proponebat, & ita quidem, uti heſterna die ab omnibus Deputatis in Palatio præſtita eſſent, quantum dolorem autem incidentes circa ea eventus Nobilitati liberæ excitaſſent, & quantopere glorioſe acquiſita aſſervataque Patriæ Jura læſa eſſent, eo notabilius dijudicandum eſt, cum generoſus Ordo Equeſtris in cunctis Deputatis congregatus, honoribus ſolitis, a militibus Ducalibus cuſtodiam agentibus, haud præſtitis, reſtrictam illam ſolummodo acceperit diſtinctionem, ut a cubiculario in Conclavi majori excepti in anterius conclave conducti, ibique a moderno Domino Landmarſchalco ad exhibenda Curialia Illuſtriſſimæ Celſitudini ſuæ repreſentati eſſent.

Quamvis igitur inuſitatus hic procedendi modus haud exiguam Ordinis Equeſtris partem quodammodo diſturbaret, Dominus Deputatorum Mareſchalcus tamen nullatenus debita æquanimitate privari paſſus eſt, oratione ſub Lit. E. adjuncta, in quantum tunc diſtractio permiſit, officio ſuo ſatisfacere. Quam parum in eadem Oratione ullo modo offenſum ſit, in annexo indicato cuivis

cuivis ante oculos ponitur Nihilominus tamen ad eandem, ne ullo quidem verbo refponfum eft, fed Dominus Landmarfchallus poftea unumquemque tantum Deputatorum, tanquam perfonam particularem Celfiffimo Duci præfentabat, & Dominus Deputatorum Marefchalcus neceffitatum fe videbat, orationem fuam Domino Diarii præfecto, publice tradere, quo illa, in quantum illam dicere potuiffet, Diario inferatur, & cum maxima Parte Deputatorum Diftrictuum, ufitato modo haud comitati, ab aula recedere, ac invitationem ad menfam Ducalem per Dominum cubicularium de Grotthus circa exitum factam, deprecari.

Paulo poft præinferta.

Deputatus Diftrictuum, Eckau, Baldohn & Baufke, fequentia in Copia parata ad Diarium tradebat.

„In hefterna Seffione quidem fpatium in Diario „ratione Curialium quædam inferendi, expetiiffet, „cum autem ex circumfpicientia in oratione Do„mini Deputatorum Marefchalci obfervata, fartum „tectumque fe videret, ita circa hæc acquiefceret.

Huic accedebant, Domini Deputati Diftrictuum, Talfen, Candau, Neuenburg & Seffau, ut & de Zabeln, Dominus de Brincken.

No.

No. 15.

ORATIO

A Generofo de Brincken circa Curialia, in Palatio, coram Celfiffimo Duce, habita.

Curlandia & Semigallia à tempore plus quam ducentorum annorum, Sereniffimo Supremo ac Directo Domino fuo de quam maxime follicita obfervatione fundamentalium cum fummo eodem confectarum Conftitutionum evidentiffima præbuit teftimonia. Affectio, quæ, refpectu protectionis ex Pactis iftis profluentis, pro libertatibus, Juribusque fuis tam naturalis eft, omnium ac fingulorum ex Ordine Equeftri harum Provinciarum animos confortat. Ideo omnem deteftatur circumftantiam, quæ, mediante finiftra repræfentatione, ita explicari poffet, quafi in confideratione infinitæ fidelitatis, optimæque obedientiæ fuæ, Sacram Regiam Majeftatem, Sereniffimamque Rempublicam offenderet. Exoptat Ordo Equeftris, ut fecundum principia ifta omnes actus gradusque fui, & illi quoque dijudicentur, qui Officiis fuis pro Patria contradicere videntur. Pacta fundamentalia horum Ducatuum, quæ nil nifi applicationes priorum funt, Conftitutiones Noftras determinant. Hæc pignora graviora præbent, pro confervatione libertatis Noftræ, eorumque exacta obfervatio Ordinem Equeftrem in omnibus tutum reddere oportet. Sufficit, Ordinem Equeftrem convincentes probationes infinitæ fidelitatis ac devotionis fuæ pro Sacra Regia Majeftate in omni occafione præftiturum fore. Senfationibus hifce naturalibus debitisque noftris convenientibus Corda Noftra repleta funt, omniaque pro falute Patriæ Noftræ à Nobis fufcipienda, cum animi motibus iftis diriguntur.

Vivat!

Vivat! Maximus Rex ille & Dominus ſupremus, qui ſumma cum gloria Thronum illum aſcendit, a quo Curlandiæ & Semigalliæ Ducatibus, à tempore feliciter initæ Connexionis, protectio auxiliumque nullo unquam defuit tempore, & à quo, clementia, Sceptra in eodem tenentis Monarchæ, ex ſummæ ſapientiæ deſtinatione accepta, eadem omni cum ſecuritate expectanda ſunt. Vivat Maximus Rex ille! Sic enim de libertate Noſtra ſollicitas curas agere non indigemus.



No. 16.

Extractum ex Diario Conventus die 6ta Martii, Ante merid. ratione Relationum a Gen. de Howen & Mirbach receptarum.

„Poſt hæc Dominus de Sacken, Deputatus Doblenenſis, & Dominus de Vietinghoff, Deputatus Mitavienſis, rogabantur, Domino Capitaneo Majori de Mirbach notificare, Generoſum Ordinem Equeſtrem ad recipiendam relationem Ejus paratum eſſe, quo facto & Dominus Camerarius de Heucking ceu hactenus multorum fratrum Plenipotentiarius à Domino Deputatorum Mareſchalco requirebatur, ſi adverſæ valetudinis ſuæ ſtatus id concederet, relationi illi intereſſe, quo ſi quædam ratione ducti ab eodem literarum commercii inveſtiganda forent, præſens eſſet.

Domini Deputati ex Diſtrictibus Durben, Haſenpoth, Gramsden, Windau, Allſchwangen, Goldingen, Tuckum, Frauenburg, Grentzhoff, Nerft, Aſcherad, & Dominus de Medem, ceu Con-Deputatus Mitavienſis, ſecundum inſtructiones ſuas, relationis à Domino Capitaneo Majori de Mirbach deponendæ ſe non participes facere volebant petebantque ſpatium in Diario, quod & Dominus de Vietinghoff Con-Deputatus Mitavienſis ex altera parte reſervabat.

Poſt Meridiem.

Poſt Meridiem Dominus Deputatorum Mareſchalcus cum Generoſo Ordine Equeſtri ad Stubam Conventus ſe conferebat, adventumque Domini Capitanei de Mirbach exſpectabat, qui determinato Eidem tempore comparebat, à nonnullis Deputatis excipiebatur & relationem ſuam ſub Lit. C. decenter deponebat, ac deinde accepta à Domino Deputatorum Mareſchalco officioſa gratulatione, ad Rhedam usque à variis Deputatis concomitabatur.

Die 11. Ante merid.

Dominus Deputatus Durbens. Gramsdens. Hasenpothensis pro petito sibi spatio in Diario, sequentia tradebat: „Quod relationis Gen. Domini Capitanei de Mirbach jam depositæ tam parum „se participem faceret, quam minus desuper instructus esset; suis „itaque Districtibus quævis observanda & Juris reservationes re„servaret, seque pro sua persona præcustoditum haberi vellet.„

No. 17.

Quæstiones ex parte Cels. Ducis ratione relationum receptarum cum responsione & ulterioribus desuper pertractis.

Postquam Illustrissima Celsitudo Sua compertum habuit, Dominum Capitaneum Majorem de Mirbach ante aliquot dies in Stuba Conventus relationem quandam deposuisse, ita Illustr. Celsitudo Sua à Generoso Ordine Equestri scire desiderat.

1) Qua in qualitate Dominus Capitaneus Major relationem illam deposuerit?

2) Quæ relationis illius fuerint contenta?

3) An eadem quoque Diario foret insertura? Mitaviæ Die 8va Martii Anno 1765.

Ad quæstiones à Generosis Consiliariis Supremis nomine Principis in Stuba Conventûs scriptotenus traditas, Illa in congregato Ordine Equestri haud melius sese explicare potest, quam ut istæ ex Diario ipso ejusque adjunctis resolvi, per eaque omne aliquale dubium tolli potuerit. Mitaviæ ex Stuba Conventus die 11ma Martii Anno 1765.

Cum Regimen ad quæstiones ad Illustrissimæ Celsitudinis Suæ gratiosissimam desiderationem, Generoso Ordini Equestri propositas, ex Diario, quoad illud sine annexis vidit, haud sufficientem accepit

cepit Certiorationem, ex quo Illustrissimæ Celsitudini Suæ ad quæstiones factas sufficiens & positiva humillime subiici potuisset responsio; Altè autem Eadem desuper ante omnia eo magis sufficientem quam proxime desiderat explicationem, quam quæstiones istæ jam præterlapso die Veneris traditæ sint; Generosus Ord. Equest. hisce rogatur, Diarium cum annexis, inquantum pro explicatione conceptatum quæstionum necessarium erit Regimini, prout rogatum, communicare. Mitaviæ die 13. Martii Anno 1765.

H. C. ab Offenberg, Landhofmeisterus　F. E. Klopmann, Cancellarius.
F. G. de Frank, Oberburggrabius.　O. F. Sass, Landmarschalcus.

Stuba Conventus, quæ omni tempore, in congregatis Diæcesium Deputatis, prout notorium, secundum Provinciæ Ordinem constituit, indubitato Jure gaudet, Deliberationes Suas pro commodo Patriæ „ita continuare, ut Illa neque à quodam eapropter Præscripta „assumere, neque ullo modo de illis rationem reddere, neque ideo „in minimo sese committere obligata sit.„ Quapropter igitur Illa pro Jure sibi competente, iterato Regiminis horum Ducatuum Desiderato, ad mandatum Illustrissimi Ducis sese referenti, exoptatam dare satisfactionem haud valet, „siquidem Illa concedere non po„test, ut Acta Conventus, priusquam vim publici Juris nacta sint, „sub ullo prætextu communicari possent.„ Prolato itaque desiderio prout jam in priori indicatione scriptotenus exhibita declaratum est, ex Diario ejusque annexis, quæ proxime prelo submitti debent, plenarie satisfaciendum erit. Mitaviæ ex Conventu publico, die 4ta Martii Anno 2765.　Heinrich Benedictus de Brinken,
p. t. Deputatorum Marechalcus.

Illustrissima Celsitudo Sua, absque maximo præjudicio summorum Jurium suorum, Eique vigore investituræ competentium regalium, Generoso Ordini Equestri nullatenus largiri potest, quod Eidem indubitatum Jus competeret, Deliberationes Suas ita separatim continuare, ut altè Eadem de Actis publicis haud prius certior fieri nequeat, quam usque dum illa vim publici Juris nacta essent, neque

neque etiam, quo Generosus Ordo Equestris, ad quæstiones tam magni momenti, quales Eidem propositæ fuissent, altè Eidem sufficientem ad explicationem quæstionum necessariam certiorationem retinere autorizatus esse possit. Quapropter igitur Illustrissima Celsitudo Sua jam facto desiderio suo adhuc ulterius inhæreret, idcirco autem à Generoso Ordine Equestri Communicationem annexorum Diarii, inquantum eadem quæstiones factas concernerent, certissime expectaret. Mitaviæ die 20 Martii Anno 1765.

H. C. ab Offenberg, Landhofmeisterus.	J. E. Klopmann, Cancellarius.
F. G. de Frank, Oberburggrabius	O. F. Sass, Landmareschalcus.

Jura atque regalia Ducis Curlandici pro vera Liberi Status Conditione ita definita sunt, ut eadem in applicatione per se a Majestaticis sese distinguant. Ista in fundamentali horum Ducatuum Constitutione tam determinatam adinveniunt authoritatem, ut Stubæ Conventus tam parum competat, agnoto eorum exercitio, Jura Sua acquisita cum manifesta valoris eorum læsione sacrificare, quam prona Eadem sit, circa fundatam eorum cognitionem, ista ne in minimo impetere. Salvis itaque Juribus ac Regalibus Principis Ordo Equestris potius declarat, ut continuato Celsissimi Ducis desiderio, in facto tentamine, non solum Jura Stubæ Conventus competentia dubiis subjicere, sed etiam penitus tollere, ne minimum quidem in præjudicium tacite largiri vellet, e contrario autem pro evitanda ulteriori contestatione circa traditionem annexorum Diarii, vim publici Juris nactorum, „contra ulteriora attentata præjudiciosa efficacissime protestaretur.„ Mitaviæ ex Conventu publico, die 21ma Martii, Anno 1765,

No. 18.

EXTRACTUM ex Diario Conventus publici die 20. Martii post meridiem, ratione denegatæ receptionis relationis Legati Gen. Conf. intimi & Equitis de Medem.

Dominus Mareschalcus Conventus publici rogatus Dominos Deputatos Zabelenses, ut se in Stubam Judicialem conferrent & Dominos Consiliarios Supremos in Stubam Conventus publici invitarent, quia literæ ad Dominos Consiliarios Supremos & Ordinem Equestrem Varsaviâ a Domino Cubiculario & Equite de Medem conscriptæ per ejusdem cognatum, Dominum de Medem, Tettelmundensem, in Stuba Conventus publici depositæ fuissent.

Domini Consiliarii Supremi comparebant & dictæ Literæ sub ea conditione, si nullam relationem continerent, Sigillo aperto prælegebantur & sub litera U Documentis apponebantur. His peractis Dominus de Medem, Tettelmundensis, se offerebat ad relationem pro suo cognato, Domino Cubiculario & Equite de Medem reddendam, id quod etiam Illustrissimo Duci ex sententia Domini Cancellarii gratum foret, sed Mareschallus Conventus publici repulsam dedit ob pluralitatem Instructionum Districtuum.

No. 19.

PRÆTENSUM CORPUS GRAVAMINUM.

GRAVAMINA PUBLICA;

Sive manifestæ deviationes à legibus fundamentalibus & cardinalibus Provinciæ, quæ á Celsiss. Duce Ernesto Joanne, per ultimam Constitutionem Regni de novo Ducatibus Curlandiæ & Semigalliæ proviso, statim post electionem Ejus ante, apud & post acceptam Investituram, ante casum Ejus in Russia subsecutum, & tandem post Ejus factam eliberationem, nota impetitione & occupatione feudi, tam committendo quam omittendo cumulatæ sunt.

Ordo Equestris igitur rem habet cum Gravaminibus, quæ tempore se distinguunt.

Pro 1mo.

Conventio Gedanensis à memorata sua Celsitudine Anno 1737. per Rescriptum ex Cancellaria obtinebatur & per Ejusdem tum

tum temporis Mandatarium, sub dato 12mi Novembris, contradictionibus respectu Jurium & Libertatum Provinciae in Ecclesiasticis & politicis plena exportabatur, prout annexum sub A. cum convictione demonstrat; & licet Sua Celsitudo Dux post reditum suum, in celebrato conventu, uti ejus resultatum probat, hanc conventionem Provinciae ejusdemque Juribus periculosam & damnosam Ipse judicaverit, tamen per Ejus Varsaviae subsistentem Mandatarium id actum eoque perductum est, ut haec conventio pro basi & fundamento novae Investiturae accepta & eo respectu Constitutioni Regni inserta sit.

2do.

Deviatio a Statuto Provinciae & pacto Suae Celsitudinis cum eadem inito, erat peremptoria citatio Possessorum hypothecariorum bonorum Ducalium. Secundum Statuta Provinciae ratione possessionum eorum nil quam contractus, quos habebant, normam dare poterant. Citatio ista ergo non solum ambitus erat, sed & interessentes tali prolixitati exponebat, quae Juribus & particulari eorum saluti periculum & damnum inferebat; quaeque contradictio legum & inde multis incolis Provinciae oriunda gravia damna mediante nupera citatione edictali repetuntur.

3tio.

Investitura ipsa fiebat 1739. 1mo contra modum Investiturae, ad quem Acta Curlandiae Incorporationis de Anno 1561. expresse se referant & ita contra Fundamentale Status; 2do contra Formulam Regiminis §. 48. cujus authoritas mediantibus Decretis contra Duces Fridericum & Wilhelmum 1716. latis aeterna facta. Conferatur Decretum privationis feudi, datum Varsaviae in conventu Regni Fer. 4. post Fest. Inventionis Crucis & Decretum de Felonia dd. Varsaviae in Conventu Regni Generali Fer. 3. intra octavas Sacratissimi Corporis Christi. 3tio contra Decisionem Commissor. 1642; 4to contra Constitutionem Regni de 1683. & contra Decisionem Commiss. 1717. §. 1mo & Conclusionem, utpote quae cum ejusmodi Investitura, qualis moderni Ducis fuit, sublationem omnis connexionis & obligationis statuum Provinciae & ipsam amissionem feudi expresse conjungunt & statuunt, prout verba in Conclusione Decis. Commiss. de 1717. indicant.

4to.

Diplomati hujus Investiturae praeterea Sigillum Regni deficit & eo ipso illi duo essentialia requisita desunt, prout defectus hujus investiturae & in genere id, quod in praejudicium legis ex parte Suae Celsitudinis subsecutum, in annexo sub B. expositum inveniri potest.

5to.

Anno 1739. nota declaratio super Decisiones Commiss. de Anno 1717. sub dato 19. Aprilis per memorati Ducis Mandatarium, Consiliarium Hartmann, ad malam informationem Cancellariae sub- & obreptitie exportabatur, eaque in Curlandia illimitato usui dabatur. Annexa deductio sub Lit. C. omni cum convictione demonstrat, quod Decisiones Commiss. de 1717. merae applicationes legum fundamentalium sint; quum vero activitas priorum per declarationem de 1739. impedita & eo ipso ulterior applicatio legum fundamentalium turbata, nisi penitus sublata est, apertum & manifestum est, quod fundamentum Status hac actione ad ruinam praeparatum fuerit. Conferatur deductio mentionata.

6to.

A Sua Celsitudine, Duce Ernesto Joanne, quaesita & obtenta concessio regimen Petroburgi immediate gerendi, manifesta

ſta & inconteſtabilis infractio Regiminis eſt, quam pœnæ in memoratis Decretis contra Ceſiſſ. Duces Fridericum & Wilhelmum latæ expreſſe tangunt.

7mo.

Nota ſuſceptio Regiminis Imperii Ruſſici hunc Ducem Curlandiæ & Principem Feudatarium Poloniæ eximebat a poteſtate Supremi Dominii feudi, & hæc circumſtantia privabat Status Curlandiæ jure, quod ipſis ſecundnm Statuta Provinciæ competit contra Duces ſuos gravaminare & cum ipſis coram Judiciis Relationum ceu ſummo Tribunali ſuo procedere.

8vo.

Subſecutus poſthæc caſus indeque ortæ infortunatæ ſequelæ tot circumſtantiis connexæ ſunt, quæ ſummatim ſumptæ ſenſibilia damna offerunt & donec ea non ſublata, ex tali regimine oriundæ preſſiones cum prærogativis Liberæ Nobilitatis ſtare haud poſſunt.

9no.

Ex his omnibus Sequeſtratio bonorum Ducalium Curlandicorum oriebatur & hoc ipſo maxima ex parte exſoluta debita privata feudi in publica debita ſtatus commutabantur & Domus Ducalis Curlandica non in rem, ſed in detrimentum feudi per multos annos ab eo obligata.

10ma.

Quametſi Inveſtitura 1739. contra leges, ut ſupra dictum, ſubſecuta & inde Ordo Equeſtris ab omni connexione & obligatione ſecundum §. 1. Deciſ. Commiſſor. de 1717. liber erat, Sua Celſitudo tamen poſt eliberationem ſuam Feudum impetiit, Regimen Provinciæ & proventus Domus Ducalis occupavit & quidem modo in ſtatutis Provinciæ ignoto & mere voluntario, ut ſi Eadem conditiones feudi actualiter impleviſſet, nec ulla actione jurium feudi expers facta fuiſſet, & ita optimum Jus habuiſſet, tamen reſpectu vis, qua ad poſſeſſionem feudi pervenerit, in ſuo ſpolium commiſerit, eoque in caſu Ei exceptio ſpolii tam juſte obſtet, quam Provinciæ Axioma Juris: Spoliatus ante omnia reſtituendus, competat.

11mo.

Non ſolum impetitio & occupatio feudi cum læſione jurium Supremi dominii & Statutorum Provinciæ peracta eſt, ſed Sua Celſitudo pergebat Regimen ſuum ab omnibus reliquis diſtinguere & Provinciæ ſenſibile facere. A Regia Majeſtate glorioſiſſimæ memoriæ in Curlandiam delegati Domini Senatores, prout notum eſt, quam maxime contemnebantur, Officiales Status obligationes patriæ debitas ſtricte explentes & alia membra ejus contra pacta publica primævæ ſubjectionis §. 18. 19. Formul. Regim. §. 7. 12. Deciſ. Commiſ. de Anno 1717. §. 2. & ad Gravam. 12. Absque requiſita cognitione judiciali, ſpoliabantur & extremæ calamitati exponebantur, prout unus Conſiliarius Supremus, duo Capitanei Majores, quinque Capitanei, tres Aſſeſſores Judicii & complures alii ex nobilitate, qui bona Ducalia jure pignoris & Arrendæ mediante contractu & ita bona fide poſſederunt, duriſſimo huic fato violenter ſubjecti fuerunt & triſti ſuo exemplo univerſo Publico probationem deſuper exhibent. Hæc ſpolia varii generis, inter quæ & coactio ad duplicem ſolutionem Arrendæ numeranda, omnia ut ſupra dictum pactis fundamentalibus, Formulæ Regiminis & aliis Legibus Curlandicis Cardinalibus e diametro adverſantur, quamlibet harum violentiarum

rum Constitutio fundamentalis & Cardinalis sub amissione feudi prohibet, & hujusmodi casus vi decretorum contra Duces Fridericum & Wilhelmum latorum jam judicialiter ventilati & judicati sunt, & in iis statuta amissio feudi jam in rem abiit judicatam.

12mo.

In Causa Consiliarii Regiminis à Plettenberg & amborum affinium ejus, tanquam in debito liquido, quod ex paterna dispositione resultat, legibus conforme decisum & monitorium die 9na Novembr. 1762. emanatum est, cui mandatum executionis necessario sequi debuisset; ast vero a Duce & Consiliariis Regiminis alia priori contraria resolutio data, & hoc ipso non solum contra §. 18. Formul. Reg. & ordinem processus impactum, sed & una pars interessentium magna commodi jactura læsa est.

13tio.

Secundum constitutionem nostram fundamentalem §. 5. omnes dignitates, Officia & Capitaneatus nonnisi indigenis bene possessionatis conferri debent; huic e contrario dignitas Cancellarii Generoso Johanni Ernesto de Klopmann, qui omnimode consideratus in his Ducatibus non possessionatus, multo minus bene possessionatus est, collata est.

14to.

Leges divinæ, naturales & civiles poscunt, ut nemo in communi commercio lædatur, multo minus ex infortunio, miseria & imbecillitate alterius, fructus quærendus sit. Princeps ad servandas has leges eo magis obstrictus est, quum ille non ad

ad ruinam sed ad salutem & bonum Incolarum Provinciæ vocationem habet. Quam parum huic vocationi & respectu liberi nostri status obligationi, imo adventu Suæ Celsitudinis subsecutis promissis & contestationibus, ab illa vario modo instituta artificiosa auctione præsecturarum conformiter agatur, toti Provinciæ notum & inprimis ex annexo sub D. patet Scopus huic collimans Supremo Dominio tam perniciosus quam Nobilitati periculosus, neminique porro utilis, quam qui reditus suos ad opprimendos Patriotas adauget.

15to.

Procedere cum Advocato Aulico Reichard contra intentionem Ordinis Equestris est, quam in concedenda & obtinenda appellatione pro Advocatis Aulicis & in genere securitate earum personarum, quæ illi aliquo modo utiles sunt & officia præstant, habuit, & cum media hujus scopi in Decisione Commissoriali accepta & stabilita sunt, per captivationem Advocati absque cognitione, contra has leges Cardinales actualiter impactum.

16to.

Notæ a Celsissimo Primate & Celsissimo Mareschallo Confœderationis ad defunctum Legatum Russicum ad malam informationem à Mandatario Ducis Ernesti Joannis, Varsaviæ subsistente, exportatæ rationem subjectionis & incorporationis harum Provinciarum cum Serenissima Republica tollunt, lædunt Supremum Dominum dubio protectionis secundum pacta fundamentalia Provinciæ competentis & alterant fundamentale connexionis cum Supremo Domino feliciter initæ.

17mo.

De modo, quo Sua Celſitudo Dux Erneſtus Johannes copiis Imperialibus Ruſſicis in Curlandia ſubſiſtentibus contra ſummam intentionem & repetitam declarationem magnæ hujus Autocratricis uſus eſt & adhuc utitur, non ſolum Præcelſæ huic vicinæ Aulæ reſpondendum; ſed & incumbit hac de re Supremo Domino rationem reddere: quia intuitu hujus, talis abuſus non ſolum reſpectu excubiarum ſine intermiſſione continuatarum, ſed & dislocationis harum copiarum in prædia Nobilium factus, qui Conſtitutioni Provinciæ plane contrariatur.

18vo.

Leges Cardinales Provinciæ & Conſtitutiones indicant modum & rationem, quibus in provincia aliquid publicari debet. Huic e contrario Mandatum Obedientiæ ex ambonibus latine, germanice & lettice publicatum, & multi Nobilium, coram ruſticis ſeu kmethonibus, honorem lædentibus nominibus deſignati ſunt; id quod eo ſenſibilius eſſe debet nobilitati, quæ in exercendis obligationibus ſuis erga Supremum Dominum & patriam verum honorem ponit.

19no.

Secundum conſtitutiones Provinciæ & leges ejusdem fundamentales Nobiles & eorum ſubditi ab omnibus teloneis ac cenſibus ſunt immunes, & ſecundum lauda publica de 1692. & 1746. gravamina ratione teloniorum exhibita plenarie abolenda. Hoc non attento variis in locis, uti in Kalnzehm, Beckerskrug & Bauſke, ſub ſpecie noviter inſtitutorum tranſituum, a Nobilibus & eorum ſubditis telonia & cenſus poſcuntur.

20mo.

20mo.

Secundum Leges facta apertura aggeris Angerenſis de novo obſtructa eſt, & eo ipſo juſta querela intereſſentium in contemptum legum Provinciæ renovata.

21mo.

A Duce Erneſto Joanne propria authoritate ſublata ſententia a Judicio primæ inſtantiæ Mitavienſi contra infanticidam pronuntiata, ab Ordine Equeſtri non aliter conſiderari poteſt, quam arrogata poteſtas juris aggratiandi. Prout vero Conſtitutio noſtræ Provinciæ hoc attributum abſoluti Imperii ignorat, & ita remiſſio in præjudicium publici nunqnam ſtatui poteſt, hic caſus manifeſta contradictio eſt cum Conſtitutione totius provinciæ.

22do.

Cum Celſiſſimus hic Princeps in Seſſionibus Judici Criminalis locum occupat & hoc ipſo indicare videtur, quod in Criminalibus votum habeat; id vero non ſolum cum continua conſuetudine, ſed cum expreſſo tenore §. 16ti Formul. Regim. pugnat, ubi dicitur: „Nobilium cauſæ Criminales a Judicio Aulico „Principis Conſiliariorum, adjunctis quatuor Capitaneis majoribus „determinentur,„ & ſic aſſertum hujus arrogatæ poteſtatis ſit infractio Regiminis.

Etſi quidem omnia ſupra adducta Gravamina tam in eorum oppoſitione quam ex annexis, demonſtrationes ſecum ferunt, quod manifeſtæ deviationes à Conſtitutione Provinciæ in genere, & in ſpecie à connexione cum Supremo Dominio ſolenni-

lenniter inita, ſint; Ordo Equeſtris tamen in votis habet, ut Celſiſſ. Dux Erneſtus Johannes ſemetipſum de hac jam clare expoſita veritate convincat, & eum in finem naturæ conſonum medium proponat, quod in hoc conſiſtit, hæc Gravamina per Conſiliarios diviſim cum fundamentalibus & Cardinalibus Legibus Provinciæ ejusdemque integra Conſtitutione conferre, & hoc negotio ſcopum Provinciæ detegere, qui haud ultro tendit & in eo immutabilis manet, ut Jura a laude dignis Majoribus per hæreditatem accepta ad poſteros illæſa transferantur. Hoc leve negotium, cui Conſiliarii Regiminis ſe ſubtrahere haud poſſunt, intentionem provinciæ omnino juſtificabit, quam habet & habere debet, nullas læſas Leges pro fundamento conſultationum ſuarum accipere, multo minus in illis nova conamina fundare. Pactum Electionis cum Celſiſſ. hoc Duce initum neutiquam hunc ſcopum infringit, ſed Provincia ex eo potius novum capit animum à debito ſuo nec latitudinem digiti recedere. In hoc pacto nempe dicitur, quod homagium ex parte Provinciæ non prius locum habere poſſet & deberet, quam donec omnes rationes inſecuritatis, reſpectu Jurium & libertatum provinciæ, plenarie ſublatæ eſſent & hinc Provinciæ non hoc facto, ut verba pacti ſunt, de legitimis ſuis obligationibus Principem jurato aſſecurare incumberet. De ſingulis his inconteſtabilibus veritatibus Celſiſſ. Dux per Conſiliarios Regiminis haud difficulter convinci poteſt & hoc facto Provincia declarationem Celſiſſimi Ducis expectat, quam talis convictio poſtulat & quæ Provinciam, ratione ſanctarum ſemper conſtitutionum ſuarum, contentam reddit. Certum eſt, quod Provincia nulla alia media pro ſalvatione oppreſſæ ſuæ libertatis eligere poſſit & eliget quam ea, quæ ex Conſtitutione fundamentali fluunt aut per eam authoriſantur.

Ordo Equeſtris profitetur hæc omnia ſub invocatione DEI circa innocentiam & juſtitiam intentionis ſuæ & eligendorum mediorum ad eam aſſequendam. Ordo Equeſtris proteſtatur expreſſe, quod per tentamen habendæ à Celſiſſ. Duce ſuper Gravamina declarationis neutiquam obligationi erga Patriam derogare, multo minus Jura Supremi Dominii hoc ambitu lædere velit. Salva facultate augendi, minuendi & corrigendi hoc Corpus Gravaminum die 20. Martii ex Conventu publico cum ſucſcriptione Directoris ſui extraditum & in Stubam Judicii perlatum eſt.

Henricus Benedictus à Brincken,
p. t. Deputatorum Mareſchallus.

No. 20.

Adhortatio Generoſorum Conſiliariorum Supremorum ad Deputatos in Conventu, ratione prætenſi Corporis Gravaminum.

Cum nudius tertius die 26. Martii duo Deputatorum Generoſi Ordinis Fqueſtris nobis Conſiliariis Supremis ab iisdem ita dictum Corpus Gravaminum in Stuba Judiciali tradiderint, illud a nobis decenti ſub præcuſtoditione receptum eſt. Debitorum noſtrorum officiorum eſſe duximus, ut, priusquam illud Celſiſſimo Duci ſubmitteremus, ſufficientem nobis de iſto pararemus conceptum. Dum Generoſo Ordini Equeſtri placuit nos Conſiliarios Supremos circa finem ita dictorum Gravaminum de officio debito admonere, ut illa articulatim perluſtremus, nosque intentioni Ordinis Equeſtris conformes præſtaremus; ita & nos pro debito noſtro principali Generoſo Ordini Dqueſtri ſub integerri-

gerrimis intentionibus, quæ ad evitandas omnes huic Provinciæ minantes adverſas conſequentias tantum tendunt, repræſentare debemus, quam inexcuſabile & maxime periculoſum ſit, quidquam pro baſi deliberationum aſſumere, quod illis contrariatur, quæ Sereniſſimum Dominium Supremum modo ſolenniſſimo & juſtiſſimo in Congregatione omnium Regni Ordinum in Comitiis Regni de publicis horum Ducatuum negotiis lege publica ſancivit. Conſideratio Salutis Patriæ ideo nos neceſſitat Generoſum Ord. Equeſt. adhortari, ut pro haud negligenda obſervatione ſummarum juſtiſſimarumque Supremi Dominii Conſtitutionum, ita dictum hocce corpus Gravaminum emendent, Deliberationes ſuas nonniſi cum continuo reſpectu ad Jura iſta Supremi Dominii & ad officia, obedientiam attentionemque Celſiſſimo Duci debitam, tandem ad veram Salutem totius Provinciæ dirigant, conſequenter haud aliter quam ſecundum normam hactenus publice actorum eorumque, quorum cauſa poſterior Conventus publicus ad præſentem usque limitatus fuerit, procedant. Mitaviæ die 22. Martii Anno 1765.

No. 21.

Declaratio Celſiſſimi Ducis ad prætenſum Corpus Gravaminum.

Poſtquam Generoſi Conſiliarii Supremi in Stuba Conventus publici, Generoſo Ordini Equeſtri die 22. hujus, pro debito officiorum ſuorum repreſentarunt, quod ex haud negligenda obſervatione ſummarum Conſtitutionum Supremi Dominii, prætenſum die 20. Martii exhibitum Corpus Gravaminum emendarent, Deliberationes ſuas haud aliter, quam continuo ſub reſpectu ad Jura ſupremi & directi Dominii, & ad officia, obedientiam, attentionemque Illuſtriſſimæ Celſitudini ſuæ debitam, & ad veram ſalutem totius Provinciæ dirigerent, neque aliter quam ſecundum normam hactenus publice actorum, eorumque, quorum cauſa poſterior Conventus publicus hucuſque limitatus ſit, procederent; Repræſentationes autem iſtæ exoptatum non habueruut effectum, ex Stuba Conventus potius deſiderio ſtatutum, ut Generoſi Conſiliarii Supremi prætenſa iſta Gravamina Illuſtriſſimæ Celſitudini Suæ ſubjicerent; Ita Illi tam de eis, quam etiam de Diario ejusque Adjunctis, inquantum illa a Typographo pro debito ſuo indicata fuerunt, ut & de ultima die 21. hujus à parte Stubæ Conventus data reſponſione, ratione certiorationis ab Illuſtriſſima Celſitudine Sua poſtulatæ, propoſitionem alte Eidem fecerunt.

Illuſtriſſima Celſitudo Sua, Cui jam inuſitatus modus, quo Curialia eidem exhibita ſunt, quam maxime diſplicere debuit, comperiit, quatenus jam antea initium limitati Conventus oratione factum ſit, quæ exclamationes de læſis Nobilium Prærogativis, conquaſſatis Legibus Fundamentalibus & Cardinalibus, & de minantibus eatenis æterni ſervitii in ſe continuit, quod ex oratione ipſa tam manifeſtum, quam e contrario notorium eſt, quod Acta hucusque Conventuum publicorum, quæque in illis concluſa ſunt, duras ejusmodi expreſſiones excludant, „quodque poſterior Conventus tantummodo ex cauſa Punctorum quorundam indeciſorum hucuſque limitatus ſit.„

Illuſtriſſima Celſitudo Sua convicta eſt, quod fidelis Eidem Ordo Equeſtris, qui Alte Eidem homagium præſtitit, de eo, quod in præſenti Conventu tali modo ſuſceptum eſt, „haud participem ſeſe fecerit.„

 Ideo

Ideoque bene perſpexit, „quod illi, qui Illuſtriſſimæ Celſi-„tudini Suæ Juramentum fidelitatis nondum præſtiterunt, Di-„rectorium limitati huius Conventus ſibi arrogare media adin-„venerint, „ quodque illi in continua & illicita a Supremo Do-minio illis jam reprobata inobedientia ſua ulterius adhuc pro-ceſſerint.

Ab illis Varſaviam, modo legibus contrario, Ablegatos, quamvis hi a Supremo Dominio pro Delegatis haud agniti fue-rint, nihilominus ceu tales reputarunt, eorumque Relatio re-cepta eſt; quamvis ab Illuſtriſſima Celſitudine Sua deſideratam certiorationem, de modo prout factum, mox impugnando Ducis Regalia, quaſi Stuba Conventus ad id non eſſet obligata, mox indecente ad Diarium ejusque annexa remiſſione, declinare ten-tatum ſit.

Suſceptum pariter fuit, putativas juſtificationes ſeu potius oblucutiones contra ſummum Decretum aſſumere illasque ſuſti-nere. Tandem eo usque proceſſum fuit, ut ſub prætenſo no-mine Corporis Gravaminum eorumque Adjunctorum, propoſitio-nes factæ ſint, quæ Jura Illuſtriſſimæ Celſitudinis Suæ ad hosce Ducatus, dubitationibus ſubmittunt, illis contradicunt, obligatio-nem Illuſtriſſimæ Celſitudini Suæ juramentum fidelitatis & obe-dientiæ præſtandi tollunt, acerbiſſimasque erga ſummam Ejus Perſonam offenſiones continent. Omnibus notum eſt, quanto præſidio Divina providentia fuit oppreſſæ Illuſtriſſimæ Celſitudi-nis Suæ innocentiæ, quodque juſtiſſimæ clementiſſimæque glo-rioſiſſimæ jam regnantis Ruſſorum Imperatricis Monarchæ animi propenſiones occaſionem illi dederint, unde pateſieri hæc inno-centia potuerit, quod poſtea Sacræ Regiæ Majeſtatis Suæ & Sereniſſimæ Reipublicæ nunquom ſatis veneranda juſtitia & cle-mentia, Jura jam antea Illuſtriſſimæ Celſitudini ſuæ in Ducatus hoſce competentia, pro inconteſtabilibus reputaverit, illaque tam per noviſſimam Regni Conſtitutionem, quam per renovationem In-

veſtituræ ſolenniſſimo modo confirmaverit, malevolis autem per Mandatum obedientiæ inobedientiam ſuam exprobraverit, illisque homagium præſtare injunxerit; Quod tandem juſta ex-terorum Potentiſſimorum Regnantium cogitandi ratio, Jura Illu-ſtriſſimi Celſitudinis Suæ recognoverit.

Indignum ergo foret, ſi Illuſtriſſima Celſitudo Sua pruritui renitentiæ tantum concederet, ut ad propoſitiones, quæ, modo quam maxime præjudicioſo, Jura ſua, tot tantisque manifeſtis teſtimoniis probata, ac extra omnem controverſiam poſita, du-biis ſubiicere, obedientiamque Illi debitam tollere tendunt, re-ſponderet. Sereniſſima Celſitudo Sua itaque inexcuſabiles Cona-tus contra Effata & Conſtitutiones Supremi Dominii, maximo eorum, qui illos occaſionarunt, ſeque de iisdem participes fece-runt, diſcrimini relinquit. Illuſtriſſima Celſitudo Sua ſimul de-clarat, „quod rebus ſic ſtantibus cum iisdem Conventum publi-„cum celebrare omnino non poſſet, quodque Illuſtriſſima Celſitu-„do Sua utique neceſſitatam ſe videret, ſumme violata regalia & „Jura ſua, graviſſimaſque ſibi illatas injurias, coram Supremo ac „Directo Dominio, vindicare ac deducere.„ Mitaviæ, die 26. Martii Anno 1765.

H. L. ab Offenberg, Landhoffmeiſterus.	Joh. Erneſtus Klopmann, Cancellarius.
F. G. de Franck, Oberburggrabius.	Otto Frider. Saſs, Landmareſchallus.

No. 22.

Quæſtiones Generoſis Conſiliariis Supremis a Depu-tatis, poſt traditam declarationem Illuſtriſſimæ Celſitudinis Suæ, exhibitæ.

1) Utrum Generoſi Domini Conſiliarii Supremi ſtatue-rent,

rent, traditum Corpus Gravaminum revera contra leges fundamentales & Cardinales conceptum esse.

2) Utrum Declarationis Illustrissimæ Celsitudinis Suæ ab iisdem subscriptæ participes se reddere vellent?

3) An non, ad antiquiorum temporum exempla, cum Ordine Equestri communem agere vellent causam?

No. 23.

Responsio Generosorum Consiliariorum Supremorum ad præinsertas quæstiones.

Ex adhortatione à Nobis Consiliariis Supremis die 22da hujus in Stuba Conventus, optima cum intentione insinuata, atque ex declaratione Illustrissimæ Celsitudinis Suæ, à Nobis propriis manibus subscripta, Responsio jam clara adest: quod Nos prætensum Corpus Gravaminum Juribus Supremi ac directi Dominii, Juribus Illustrissimæ Celsitudinis Suæ, atque illis, quæ hucusque in Conventibus solennissime conclusa sunt, contrarium esse statuamus, quod Nos porro, declarationis Illustrissimæ Celsitudinis Suæ, Ducis Nostri, pro debito Nostro participes Nos faciamus, & consequenter contra Juramenta nostra, omnia contra leges suscepta, nullo modo protegere, multo minus de inevitabilibus ac maxime periculosis ex iisdem resultantibus consequentiis participes Nos reddere queamus. Mitaviæ, die 27ma Martii, Anno 1765.

H. L. ab Offenberg, Landhoffmeisterus.	Joh. Ernestus Klopmann, Cancellarius.
F. G. de Franck, Oberburggrabius.	Otto Frider. Sass, Landmarschallus.

No.

No. 24.

ADHORTATORIUM ILLUSTRISSIMI DUCIS,

Post illegalem limitationem conventûs diei 5tæ Martii in Districtus missum.

DEI Gratia Nos Ernestus Joannes, in Livonia, Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynasta in Silesia Liberi Baronatûs Wartenbergæ, Bralini & Goschütznii &c. &c.

Clementissimam Nostram Salutem, Generosi fideliter Nobis dilecti. Quamvis certissime speraverimus, quatenus Generosus Ordo Equestris per Deputatos suos in isto usque ad diem 5tam Martii ex limitatione incidente conventu publico super istis punctis, quæ in ultimo conventu publico non plenariè decisa, ac propterea ad referendum in Districtus sumpta sunt, conventûs publici deliberationes continuari & Nobiscum super omnibus, quæ in isto conventu publico peracta sunt, commune decisum statui curaret, attamen ad summam Nostram displicentiam comperimus, quatenus statim ab initio conventûs publici multa suscepta sint, quæ legibus & hactenus servatæ consuetndini contraria fuerunt, dum non solum istos ex nullo conventu publico Varsaviam Delegatos, quamvis Supremum Dominium istos in ea qualitate non agnovit, ad traditionem suæ relationis in isto à Nobis indicto & limitato conventu publico admiserunt,

sed

ſed Nobis etiam quæſitam notitiam, qua ratione hoc factum, partim addubitatione Regalis Noſtri, acſi congregatio Deputatorum ad id haud obſtricta eſſet, partim haud decenti remiſſione ad aliquod Typographo traditum Diarium ex conventu Deputatorum communicare recuſarunt, donec tandem Nobis prætenſum & a priſtinis gravaminibus plane diverſum Corpus Gravaminum cum annexis traditum eſt, quod non ſolum contra Supremi Dominii per ultimariam Regni Conſtitutionem factam Sanctionem, Noſtraque in hos Ducatus inconteſtabilia Jura impingit, ſed etiam iſtam Nobis debitam obedientiam iſtudque à nonnullis adhuc præſtandum homagium tollit, ac duriſſimas offenſiones contra Nos Ipſos in ſe continet. Sub his circumſtantiis neceſſitati fuimus, ab omnibus reliquis conventûs publici deliberationibus deſiſtere, inexcuſabilia conamina contra Sacræ Regiæ Majeſtatis ac Sereniſſimæ Reipublicæ effata reis ad defenſionem relinquere, læſa Noſtra Regalia ac Jura, illatasque Nobis graviſſimas offenſiones apud Sepremum Dominium vindicare & perſequi, ſuper quo etiam declarationem ad Diarium perferri curavimus, quam Generoſi Deputati, cum relationem in Diſtrictibus facient, producent, ad quod nempe nos pluribus referimus. Conventus Deputatorum vero etiam in his illegalibus conaminibus nondum acquievit, fed ille iſtum ex limitatione incidentem conventum publicum, quamvis iſte per iſtam à Nobis factam declarationem, iſtumque à Nobis ſuſceptum recurſum ad Supremum Dominiuur ſublatus eſt, nullumque ulteriorem effectum habere potuit, tamen, prout Nobis relatum eſt, ulterius usque ad diem 26tam Aprilis a. c. unilateraliter limitavit, ac, prout videtur, iſtum contra ſumma Noſtra jura etiam unilateraliter continuabit. Nos quidem de fidelitate ac legi conformibus ſenſationibus illorum ex Generoſo Ordine Equeſtri, qui Nobis homagium jam præſtiterunt, planè perſuaſi ſumus, ac nunquam putabimus, quod iſti ad tales deliberatioues accedere ſe ſeduci

ſeduci patientur, quæ omnibus eis, quæ cum illis ad verum commodum Patriæ in conventibus publicis decrevimus & ſuper quibus communiter Delegatum inſtruximus ac ad Supremum Dominium miſimus, aliquali ratione contraria eſſe poſſent, quamvis in hoc conventu publico haud parum allaborarunt, ea, quæ hactenus in priſtinis conventibus publicis Nobiscum decreta ſunt, infringere. Attamen etiam, poſtquam ad manutentionem iſtorum Nobis datorum Jurium ac Regalium, & ad vindicationem Nobis illatarum graviſſimarum offenſionum ad Supremum Dominium recurrere neceſſitati fuimus, non intermittere poſſumus, Generoſo Ordini Equeſtri in Diſtrictibus tam de illegalibus conaminibus ex conventu Deputatorum, quam à Nobis poſtea ſuscepta reſolutione notitiam dare, eumque pro Paterna clementia ad legibus convenientem providentiam adhortari. Admonemus igitur hisce etiam Vos clementiſſime, quatenus Vos iſta à Generoſo Deputato in Diſtrictu Veſtro facienda relatione, ea, quæ in congregatione Deputatorum teſte Diario peracta ſunt, & quæ data occaſione declarare neceſſitati fuimus, ſecundum leges bene perpendatis, actiones veſtras tantummodo ſecundum ordinationes Supremi Dominii ac ſecundum ea, quæ Nobis debetis, quæque ad veram utilitatem dilectæ Patriæ tendunt, debitè dirigatis, ac tali ratione neque talibus conſiliis, quæ ab iſta Supremo Drminio, Nobis ac Patriæ debita obſervantia ſeducunt, aures præbeatis, neque etiam ad illum unilateraliter putativum limitatum conventum publicum, utpote qui ſummo Noſtro Juri contrariatur, Deputatos inſtruatis neque mittatis. Inſuper Vobis Paternâ gratiâ ac clementiâ propenſi manemus. Datum Mitaviæ Die 2da Aprilis Anno Dni. 1765.

ERNESTUS JOANNES Dux Curlandiæ.

Ad omnes Diſtrictus horum Ducatuum.

No. 25.

EXTRACTUM
EX DIARIO

Illegalis Conventus de die 29. Aprilis a. c. 1765.
ante Meridiem,

Quo facto Dominus Mareschalcus Nunciorum Terrestrium contra Adhortatorium emanatum Celsissimi Ducis ERNESTI JOANNIS in Districtus missas Literas ad adjuncta Diarii poni curabat sub Lit. D.

Generosi Domini Domini,
Inprimis honorandi Domini
Domini Confratres!

Illustrissima Celsitudo Sua in Literis suis adhortatoriis, de die 2. Aprilis in Diæceses circummissis, falsis repræsentationibus, labores Dominorum Deputatorum Conventus ultimi & ad diem usque 26. Aprilis limitati, pro manutentione Constitutionum horum Ducatuum, Nobiliumque Prærogativarum, Libertatum &c. & normas agendi pro scopo isto approbatas ita delineare tendit, quasi ille contra Leges, Consvetudines ac contra summam, Supremi & Directi Do-

nii per ultimam Conſtitutionem factam ſanctionem offenderent, & hoc ea tantummodo intentione ſuſceptum, ut ſi fieri poſſit, Patriæ membris dubitatio quædam excitaretur, curæ pro ſalute totius Patriæ, eorumque proprio bono ſe facere participes.

Quod Dominus Capitaneus Major de Mirbach de negotiis ſuis ipſi commiſſis & Varſaviæ geſtis, in Conventu publico relationem exhibuerit, ne utiquam Legibus contrarium, & præprimis Formulæ Regiminis conſentaneum eſt, cum enim non negandum, ut ſecundnm illam cuique liberum ſit, Sacræ Regiæ Majeſtati Suæ ejusmodi ſubjicere Gravamina, quæ Jura horum Ducatuum concernunt, quinimo ibidem conſtitutum ſit, ut Eidem, ſi ejusmodi gravamina fundata, ac neceſſaria adinventa ſint, factæ impenſæ ex ærario publico reſtitui deberent, ideo eo minus quoque contradicendum erit, quod ille cum depoſitione relationis ſuæ in Conventu publico admitti quoque poſſit, cum alias nullo modo poſſibile fuiſſet, qualitatem negotii ab eodem ſuſcepti, ejusque expeditionem adjudicare.

Quo certius igitur Legibus conveniens eſt, ut Domino Capitaneo Majori de Mirbach Relationem proponere permiſſum fuerit, tam minus contra Leges fuit, quod Domini Deputati intuitu poſtulatæ Communicationis Diarii ejusque Adjunctorum, ita prouti factum eſt, ſeſe explicarint, cum Leges nullibi ſtatuant, quod Principi de tali relatione ſcientia communicari debeat, quippe quod, priusquam Relatio publici juris facta ſit, naturæ ejus contrariatur.

Quis itaque non perſpiciet, duas haſce objectationes, Dominis Deputatis immerito eſſo factas? ſi quidem Ordo Equeſtris ſecundum horum Ducatuum Diſpoſitionem Illuſtriſſimæ Celſitudini Suæ nullatenus concedere poteſt, quod ejusdem Regalia eo usque ſe extendant, ut ab Ordine Equeſtri cum ſuffragio juris prætendere poſſit, Eundem de omnibus Conventualibus pertractationibus ſuis Eidem rationes reddere, obligatum eſſe, cum Regale illud Domino Supremo ac Directo (Quocum Pacta fundamentalia pro ſalute Patriæ inita ſunt,) tantum competat. Pari ratione & reliquæ ſe habent objectationes.

Nullus ex Ordine Equeſtri facile in dubium vocabit, quod omnia iſta, quæ contra horum Ducatuum diſpoſitionem, ejusque fundamentum, Patriæ ſalutem, ſuſcipiuntur, gravamen publicum cauſent, quodque tam diu ceu tale ſubſiſtat, donec abolitum ſit, ideoque per ſe perſpiciet, Generoſo Ordini Equeſtri jus competere, toties abolitionem Gravaminum urgendi, quoties eorum quædam emergant, quoniam prætendi non poteſt, at Gravamen quoddam eo fundamento non abolitum relinqui debeat, quia jam à longo tempore curatum ſit, dum alias ne unicum quidem Gravamen abolere opus foret, omniaque inveterationi committerentur, uſque dum Nobilitas omnia Jura ſua amiſerit.

Quodſi vero Ipſum Corpus Gravaminum probet, quod nihil aliud in ſe contineat, quam ea, quæ à tempore Infeudationis Illuſtriſſimæ Celſitudinis Suæ ad hoc uſque tempus contra Leges & Diſpoſitiones horum Ducatuum facta ac nondum abolita ſint, Generoſus igitur Ordo Equeſtris eo nil inconvenienter ſuſcepit, quod vera hæcce ac ſtatim probata Gravamina, eo in Ordine propoſuerit eorumque abolitionem quæſiverit, eo minus quoque eatenus quidquam contra ſanctionem Supremi ac Directi Dominii, per ultimam Regni Conſtitutionem factam ſuſcepit, quum vigore ejusdem Generoſo Ordini Equeſtri expreſſe relictum fuerit, Gravamina ſua proferre &c. &c. Manifeſtum igitur eſt memoratos Dominos Deputatos nil ſuſcepiſſe quod Legibus dictæque ſanctioni non conforme fuerit.

 Ge-

Generosæ Dominationes Vestræ idcirco eatenus quidquam verendi causam non habent, bene tamen de eo esse sollicitos, conjunctis viribus procurare, ut prærogative à Majoribus multo labore ac sudore paratæ in vigore suo conserventur, hunc in finem Domini Deputati de novo ad id instruantur.

Tandem neminem latet, ac per Formulam Regiminis extra omnem dubitationis aleam positum est, Conventum publicum à Legibus solummodo in favorem Generosi Ordinis Equestris concessum esse, ideoque tentamina contra id, à parte Illustrissimi ac Celsissimi Ducis Ernesti Joannis facta nullius momenti sunt, ideoquè amicum Patriæ ejusquè libertatis confundere haud possunt.

Hæc sunt, quæ contra argumenta per se vana adhortatorii Ducalis, quod potius discordias turbationesque in Patria excitare tentat, annotare verum debitum meum esse putavi, quippe qui maxima cum consideratione permaneo

GENEROSARUM DOMINATIONUM VESTRARUM

humillimus servitor

Altmocken
Die 17. Aprilis,
1765.

Henricus Benedictus à Brincken,
p. t. Conventus publ. Mareschalcus.

LIT-



LITTERÆ

Generosi de Brincken, ad Districtus Dunaburg & Ueberlautz.

Generosi Domini,

Imprimis honorandi Domini Confratres,

Generosis Dominationibus Vestris jam præmissive sub dato, die 23tia Mensis Martii, a. c. ob restrictas tunc temporis circumstantias meas, de peractis conclusis Conventûs publici die 5ta ejusdem Mensis inchoati, relationem in scriptis transmittere honorem mihi tribui, simulquè indicavi, quate-

quatenus conventus ille in confideratione multarum inftructionum usque ad diem 26. Aprilis limitari debuerit. Quodfi autem & pofterior hæcce legaliter peracta Ordinis Equeftris Congregatio, die 6ta h. m. ita fublata fuerit, ut Generofus Ordo Equeftris, qui per 19. Diftrictus in termino comparuit, & cujus jura a nemine cum fundamento in dubium vocari potuerunt, eandem rurfus ex caufis neceffariis, pro criticis hifce & turbulentis patriæ circumftantiis usque ad diem 12. Septembris anni curr. tenore confecti & fubfcripti Laudi publici cum toto fuo effectu ac robore confervaverit: ita mearum partium effe duxi, Generofis Dominationibus Veftris de omnibus actibus publicis, & generatim de fubfecutis duorum horum Conventuum conclufis exactam tradere relationem, Vobisquè omnibus monftrare, quam imperterrito animo fecundum tenorem inftructionis mihi concreditæ „acerbiffimas Ducis perfecutiones excepi, finiftrasque ejusdem „intentiones auxilio dignorum & agitantium patriæ amicorum, „conjunctim vanas reddere allaboravi; „ quem in finem igitur Generofas Dominationes Veftras obfequentiffime rogo, ut die 11ma Junii, omnes jufto tempore & benigniffime in bono Illuxten compareatis, mihiquè numerofa Veftrum Congregatione exoptatam præbeatis occafionem, ut eisdem non folum facrificium naturalis mei erga Patriam amoris, veramquè meam erga Honoratiffimos Dominos Diftrictuum Confratres meos addictionem oftendam, fed etiam Vos omnes de vividiori periculo, „quod fen„fibile Defpotici Regentis gubernium„ infortunatæ Patriæ noftræ atque communi faluti noftræ minatur plenarie redarguam.

In confcientia mea convictus fum, omnes labores meos, quos fub tradito mihi directorio in Conventibus hifce fufcepi, rectiffimis intentionibus fundatas effe, omnemquè cogitationem in me fponte condemnabo, quæ ad proprium meum commodum vel ad diffimulationem directa fuerit.

Deum

Deum Ipfum actionum mearum hifce fub circumftantiis judicem appello, quas in facie Maximi hujus teftis, omni tempore coram dignis fratribus meis juftificare fpem foveo, nihilquè avidius optarem, quam ut in graviffimis ferequè haud ferendis laboribus meis, „illa felicitate gauderem, miferam omnique „humano auxilio penitus deftitutam Patriam, à vero interitu „fuo liberare„ pro irremiffibili ejus adimpletione, quod illi ac confervationi noftræ propriæ debemus, & ad vindicationem libertatum, juriumquè noftrorum, extremo periculo expofitorum, Ordo Equeftris ad maxime dolendam neceffitatem fe vidit redactum, Ducem Erneftum Joannem, ac præfentes Ejusdem Confiliarios fupremos ad tribunal noftrum in Pactis fundamentalibus determinatum inftigatorie adcitari curare. „Jamque debita omni„um ingenuorum Patriæ membrorum„ & amicorum Patriam fin„cere amantium poftulant„ ut conjunctis viribus jam pendentem hancce caufam profequantur, „& callidis Principis adulationibus „integram falutem fuam non facrificent. „

Noxiæ Ducis intentiones „nemini in hifce Ducatibus inco„gnitæ effe poffunt, quæ ex ingenuofis ejusdem tentaminibus, „& ex putativa applicatione ipfius annexi, ab illo in præjudicium „ac in evidentem totius Patriæ ruinam modo Legibus ac horum „Ducatuum difpofitioni contradicente, exportati tam luculenter „apparent, ut à parte Ordinis Equeftr. ceu fecundi Ordinis, ma„ximam eamque æquiffimam mereantur refiftentiam. Non fuf„ficit, quod Dux ipfe jura & competentia Ordinis Equeftris in „dubium vocet, eadem omni poffibili modo infirmari tentet„ & (LIBERE CONFITERI DEBEO;) ABSURDA STATUAT, „fed etiam non veretur Ordinem Equeftr. apud vicinam Impe„rialem Ruffìcam aulam, & apud fupremum Dominium Noftrum SINISTRIS DENIGRARE INSINUATIONIBUS, ET PER VERAM PRODITIONEM AC FELONIAM ID EFFICERE „ut non

„folum

„ſolum gravis disgratia juſtiſſimorum Imperantium miſeræ Pa-
„triæ citra culpam ſuam attrahatur, ſed quoque eidem in caſi-
„bus inopinatis, contra ipſam ſtatus diſpoſitionem facta deciſa
„præparentur. „

Superfluum foret, ſi vobis, honoratiſſimi Domini Confratres
„IN SPECULO HOCCE VERAM DUCIS IMAGINEM REPRÆ-
„SENTARE DEBEREM„ cum vos ipſi ex annexis hiſce pu-
blicis, de ſiniſtra ejusdem cogitandi ratione illam recognoſcere
potueritis.

Quomodo igitur poſſibile foret, ut ſub triſtibus hiſce Pa-
triæ circumſtantiis, juramento fidelitatis nos illi obligare poſſi-
mus, qui ceu „SALUTIS NOSTRÆ HOSTIS MANIFESTUS„
noxius eſt, „& illimitatæ quaſi poteſtatis gubernio Nos ſubiice-
„re tendit, niſi e contrario nativitas abnegari & ſervitutis jura-
„mentum jurari deberet? „ Convictus de Generoſarum Domi-
nationum Veſtrarum omnium ac ſingulorum libertatis amore,
mihi competere perſuaſus ſum, ut generatim in hoc caſu haud
infelicem mihi promittere exitum, „ſed potius COMMUNEM
„HOSTEM NOSTRUM tali modo inermem videre poſſim. „ Hoc
cauſæ communi maximum pondus dabit, feræque poſteritati
ſolatio erit, me vero præcipue excitabit, indefeſſo labore mon-
ſtrare, quod maxima cum conſideratione ſim,

Generoſarum Dominationum Veſtrarum

obſequentiſſimus Servitor

Schedern,
die 25. Maji, 1765.

Henricus Benedictus de Brincken,
Deputatus Diſtrictuum Dünaburg & Uecberlautz.

MAN-

M A N D A T U M

S. R. M. ad Generoſos Supremos Conſiliarios, Majores & Mino-
res Capitaneos, Cæterosque Officiales ac Totum Equeſtrem Or-
dinem, nec non Civitatum Magiſtratus, omnesque in Univerſum
Incolas Ducatuum in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ, ut
Illuſtriſſimo Principi ſuo in omnibus pareant
& obediant.

STANISLAUS AUGUSTUS

DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNUSDUX LITHUANIÆ,
RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIJOVIÆ,
VOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMO-
LENSCIÆ, SEVERIÆ, CZERNICHOVIÆQUE:

Generoſis Supremis Conſiliariis, Majoribus & Minoribus Capi-
taneis, Cæterisque Officialibus ac Toti Equeſtri Ordini,
nec non Civitatum Magiſtratibus, omnibusque in univer-
ſum Incolis Ducatuum in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ, fide-
liter Nobis dilectis. Gratiam Noſtram Regiam. Generoſi fideli-
ter Nobis Dilecti. Quemadmodum libenter cognovimus, tam
maximam Generoſi Ordinis Equeſtris Curlandici Partem, quam
& Civitates horum Ducatuum debitum Principi ſuo, Illuſtriſſimo
Duci Erneſto Joanni, jam ante hac legitimè de hiſce Ducatibus
inveſtito, Homagium præſtaſſe, ſic moleſtum Nobis fuit id, idem
non ab omnibus ex parte Nobilitatis, neque poſt declaratam
Confœderatorum Ordinum in Comitiis Convocationis voluntatem
& Noſtram per Pacta Conventa adſtipulationem, ac ſerias tam

N Ordinis

Ordinis Senatorii, quam Equeſtris Admonitiones „factum fuiſſe, „nonnullos potius refractarios ſe monſtraſſe. Quamvis hi ut juxta „rigorem Legum cum Illis procedatur meruiſſent, Nos tamen„ Gratiam Noſtram Regiam unica hac vice præferentes, ſeriò illis injungimus atque mandamus, quatenus Illuſtriſſimi Principis Erneſti Joannis, Curlandiæ ac Semigalliæ Ducis Jurisdictionem recognoſcant. debitum Eidem Principi ſuo Homagium tempore ab Illuſtritate Ejus deſignato præſtent, Eique in omnibus fideles ac obedientes ſint ſub pænis in Legibus ſancitis, contra inobedientes irremiſſibiliter ſtatuendis & exequendis, Poſteaquam verò vigore Conſtitutionis nuperrimæ non tantum Jura Feudi circa Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ Illuſtriſſimi Ducis Erneſti Joannis renovavimus, ſed & Ejusdem Illuſtritatis Principi natu majori Petro ex nunc pro tunc, per ceſſum vel deceſſum, quem DEUS ad ſeram ætatem differat, Illuſtriſſimi Parentis ſui, Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ vacare contigerit, de Ducatibus realem Inveſtituram ac deſuper Diploma Noſtrum Regium conceſſimus. Ideo Generoſis Conſiliariis ſupremis, majoribus ac minoribus Capitaneis, cæterisque Officialibus ac Toti Ordini Equeſtri, nec non Magiſtratibus Civitatum, Omnibusque Incolis Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ mandamus, ut in caſum ſupervenientem præmemoratum, Parentis & ejusdem Principis Petri tanquam ex nunc pro tunc jam inveſtiti Ducis Curlandiæ Jurisdictionem recognoſcant, omnemque obſervantiam & obedientiam debitam, uti Duci ſuo, præſtent ac Mandatis Ejus obtemperent. Quæ omnia Fidelitates Veſtræ pro Gratia Noſtra Regia Officiorumque ſuorum debito facturæ ſunt. In quorum fidem præſentes Manu Noſtra ſubſcriptas Sigillis Regni & M. D. Lit. communiri juſſimus. Datum Varſaviæ Die Menſis Januurii Anno MDCCLDV. Regni vero Noſtri Primo Anno.

No.

No. 26.

SANISLAVS AVGVSTVS

DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNUS DUX LITHUANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIJOVIÆ, VOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ, CHERNICHoVIÆQUE.

Generoſis, Henrico von den Brincken, Mareſchalco, Nuntiisque Terreſtribus Diſtrictuum Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ ad Conventum publicum Mitaviam congregatis, fideliter Nobis Dilectis. Gratiam Noſtram Regiam. Generoſi fideliter Nobis Dilecti. Intelleximus ex relatione Conſiliariorum Noſtrorum, & non ſine juſta indignatione percepimus, qualiter Fidelitates Veſtræ, ſeu verius nonnulli ex Ipſis in recognoſcendu Superioritate Ducali Illuſtriſſimi Principis, ERNESTI JOANNIS Curlandiæ & Semigalliæ in Livonia Ducis, a Nobis & Tota Republica inveſtiti & firmiter manutenti ac declarati, præſtandoque Eidem Homagio nedum obtemperantes in moderno Conventu ex Limitatione die quinta Martii Anni currentis incidenti, & inchoato, non ſolum ea, quæ Curialia dicuntur, a Vobisque Illuſtriſſimo Duci debita ſunt. contumaciter intermiſiſtis, verum etiam relationem Generoſi Ottonis a Medem, Conſiliarii Noſtri Intimi, a Generoſo Equeſtri Ordine per Actum Publicum Conventus anni præteriti ad Comitia Regni Generalia legitimè Delegati in ſcripto Fidelitatibus Veſtiis remiſſam non ſuscepiſtis, imo illa remota relationem particularem Generoſorum Ottonis Chriſtophori ab Howen, anteacti Landhoff-Magiſtri, atque Fri-

N 2 deri-

dericus de Mirbach, Capitanei Majoris, a Privatis duntaxat Perſonis conſtitutorum Plenipotentum in recenſito Conventu illegitime admiſiſtis, atque Illuſtriſſimum Ducem de eſſentialibus dictæ Relationis & charactere Perſonarum, per Generoſos Supremos Conſiliarios inquirentem informare in ſcriptis recuſaſtis, totamque authoritatem præfati Conventus contra manifeſta Jura Horum Ducatuum ſibi tantum, excluſo Duce ac ſupremis Conſiliariis, arrogaſtis & uſurpaſtis. Quæ cuncta ſupremæ jurisdictioni Noſtræ, ac Reipublicæ in memoratos Ducatus habitæ, tum authoritati Comitiorum Convocationis ſcilicet Reipublicæ, ac Coronationis Noſtræ Generalium, atque inſuper Mandato expreſſo Noſtro in Menſe Januario anno præſenti expedito maxime repugnantia, licet juſtam indignationem Noſtram contra Fidelitates Veſtras provocant ac urgent, ex Clementia tamen Nobis innata, adhuc, antequam ad extenſionem pænarum deveniamus, Fidelitates Veſtras pro ultimo præmonendas eſſe cenſuimus, prout præſentibus Literis Noſtris præmonemus & Paterne hortamur præcipimusque, quatenus in executionem Conſtitutionum Convocationis & Coronationis prælaudato Illuſtriſſimo Principi, ERNESTO JOANNI Duci Curlandiæ & Semigalliæ, debitum Homagium indilate omnino præſtent, jurisdictionem Ejus Ducalem juxta Formulam Regiminis recognoſcant, Eique quoad omnes Honores Ducales reſpondeant, Noſtrisque ac Reipublicæ Mandatis pareant, idque ſub pænis graviſſimis, juxta præſcriptum Legum in Rebelles & non obtemperantes, huic Monitorio Mandato Noſtro irremiſſibiliter extendendis. Sunt igitur facturæ Fidelitates Veſtræ ea omnia pro Gratia Noſtra & obedientiæ ſuæ debito, & quatenus Gravamina aliqua ſe habere prætendunt, ea non per recalcitrationem Mandatis Noſtris, ſed prout de jure, ſuo loco & tempore, ac congruo Fidelitatis obſequio vindicare ſtudeant. In quorum fidem præſentes Manu Noſtra ſubſcriptas Sigillis Regni & Magni Ducatus Lithua-

thuaniæ communiri juſſimus. Datum Varſaviæ, Die XXIX. Menſis Martii, Anno Domini MDCCLXV, Regni vero Noſtri Primo Anno.

STANISLAUS AUGUSTUS REX

(L. S.) (M. R.)	(L. S.) (M.D.L.)
Adam Ciecisſzewſki	**Joſephus Dulęba**
Sigilli Majoris Regni protunc Secretarius	S. R. M. Sigilli Majoris M. D. L. Secret.

Reſcriptum Sacræ Regiæ Majeſtatis ad Generoſam Nobilitatem Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ.

No. 27.

STANISLAUS AUGUSTUS

DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNUS DUX LITHVANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIJOVIÆ, VOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ, CZERNICHOVIÆQUE.

Illuſtriſſime Princeps, grate Nobis Dilecte. Non ſine juſta indignatione ex Literis Illuſtritatis Veſtræ Die 10. currentis Menſis Aprilis ad Nos datis percepimus, nonnullas de Ordine Equeſtri Perſonas, temere ſibi nomen ac Poteſtatem Totius Ducatuum Curlandiæ ac Semigalliæ Nobilitatis arrogantes, in ultimo Conventu Generali, legitime quidem, utpote ex Limitatione die

die quinta Martii Anni currentis congregato, ſed vitioſe & nulliter plane agitato, Regia Noſtra Clementia nimium quam abuſas fuiſſe. Cum enim ex Limitatione antefacta reaſſumeretur Conventus, electione alterius Mareſchalci quid opus fuit? Cum ſub electo initio olim Conventus Mareſchalco omnia tractari ac peragi debuiſſent. Si vero electum illum infirmitate implicitum, aut legitimo aliquo impedimento detentum fuiſſe contigiſſet; conſultius certe fuit, rurſus ad aliud tempus limitare Conventum, quam ad electionem novi Mareſchalci adeo inconſulto devenire. Prætermittimus hocce loci, quamvis non ſilenda, plura evidentiſſima malevolæ voluntatis ac inobedientiæ ſpecimina, quæ illegitimus ille Mareſchalcus, ac Deputati dederant, cum & a Concluſis ſuperiorum Conventuum, & ultimi limitati recederent, & animo potius ad offenſionem ſpectante, quam decenti & reverenti, circa ea, quæ Curialia dicuntur, & Illuſtritati Veſtræ utpote de plenitudine Poteſtatis Noſtræ & Authoritate Reipublicæ inveſtito, plenoque jure ſuo Duci debebantur, procederent. Miſſam facimus in turbulento hoc potius Conventiculo, quam vero Conventu, non ſuſceptam relationem Generoſi Ottonis de Medem, Conſiliarii Noſtri Intimi, a Generoſo vero Equeſtri Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ Ordine per Actum publicum Conventus Anni elapſi ad Comitia Regni Noſtri Generalia Delegati; atque hanc alteram in Perſonam Generoſi Ottonis Chriſtophori ab Hoven olim Landhoff-Magiſter Delegationem factam. Illud vero jam ſilentio præterire non poſſumus, tantumque abeſt, ut Illuſtritati Veſtræ, de eſſentialibus relationis per memoratum Generoſum ab Howen porrectæ detractationem, tum in ſerie prætenſorum Gravaminum animoſitatem potius, quam ullas ſibi illatas injurias oſtendentium, quæſtionum, unice ad Noſtram & Reipublicæ reſolutionem pertinentium, & jam ſuprema Noſtra ac Reipublicæ Authoritate ſolenniter definitarum poſitionem, & ſuper his interloquendi ac denuo

nuo easdem cognoſcendi voluntatem; factam denique de non reddendo Illuſtritati Veſtræ ad Diem decimam tertiam Maji conſtituto homagio, niſi prius prætenſa dicta Gravamina abolerentur, proteſtationem; tantum inquam abeſt, ut probare poſſimus, ut potius Authoritatem Regiam Noſtram tuendo, ac eorum temeritatem coercendo, poteſtate Nobis data uti, vel inviti cogamur. Quid enim turbulentos illos in eo limitato Conventu agere voluiſſe, quam ut Regiæ Noſtræ, ac Reipublicæ in Ducatus Curlandiæ ac Semigalliæ Jurisdictioni repugnarent, Supremam Generalium Convocationis ac Coronationis Noſtræ Comitiorum Authoritatem, nec non Mandatum Noſtrum Menſe Januario anni currentis emanatum, contemnerent, ſole clarius, manifeſtiſſimumque eſt. Ut autem temerarium adeo auſum compeſcamus, nolumus equidem extremis uti remediis, cum firmiter adhuc Nobis perſuadeamus, facilè omnes eos refractarios ad debitam, a qua deflexerant, officiorum ſuorum orbitam redituros, poſtquam Reſcriptum Noſtrum monitorium intimatum ſibi habuerint, in memoriamque reduxerint, per eos ſolos ſtetiſſe, cum non ſolum judicialiter Nobis ſe reſponſuros, verum pro qualitate delictorum puniendos ſe fore noverint. Indubiam præterea ſpem concipimus, quod Generoſorum Supremorum Conſiliariorum, qui pro debito officiorum Suorum egerunt, fides, ac laudanda virtus, nec non Generoſorum Capitaneorum Majorem & Minorum, cæterorumque Ordinis Equeſtris Officialium in pari fide inviolata ſperanda conſtantia inconſultis illis animis ſtimulum calcarque addet, ut a perncioſis ſuis conſiliis ac conatibus recedentes, ipſi pariter cum recte ſentientibus Illuſtritati Veſtræ adhæreant ac obediant. Ne autem ex illegitima limitatione Conventus Generalis ad diem vigeſimam ſextam currentis congregetur, Illuſtritas Veſtra jure Suo utatur, & cum hic nuper Actus Conventus ob tot tantasque graviſſimas rationes pro diſſoluto ac nullo plane haberi debeat, alium tempore ſibi

ſibi bene viſo Se indicturum ſignificet, in auctores denique rebellium horum ſpirituum ſedulo inquirat, ut eo facilius ſuo loco ac tempore in eos, niſi prius reſipuerint, animadverti poſſit. Nos autem, dum Illuſtritatem Veſtram de conſtanti voluntate Noſtra, tam in exacta adminiſtranda juſtitia, jureque Suo cuique tribuendo, quam in Dignitate Sua Ducali efficaciter tuenda, perſuaſam omnino eſſe cupimus, Eidem optimam valetudinem & proſpera omnia ex animo precamur. Dabantur Varſaviæ Die XXII. Menſis Aprilis Anno Dni MDCCLXV. Regni vero Noſtri Primo Anno.

STANISLAUS AUGUSTUS REX

Illuſtriſſimo Principi Domino ERNESTO JOANNI in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Duci, Grate Nobis Dilecto.



No.

No. 28.

Declaratio Celſiſſimi Ducis in conventu illegali, una cum Monitorio Regio d. d. 29. Martii, tradita.

Sacræ Regiæ Majeſtati Suæ cum Eidem actus priores illegales, Conventus publici ad diem 5tam Martii A. C. limitati ſubjecti fuerint, pro Clementia Sua bene viſum fuit, ad tunc electum Deputatorum Mareſchalcum, atque tunc temporis Generoſos Delegatos, Monitorium Regium de die 29na Menſis præteriti transmitti facere, quod autem eo huc pervenit tempore, cum non ſolum Illuſtriſſima Celſitudo Sua Ipſa, vigore Declarationis, ad quam Illa neceſſitata fuit, Conventualibus Deliberationibus finem impoſuerit, verum etiam cum illæ Perſonæ, quæ ceu Conventus publici Mareſchalcus & Deputati ibidem interfuerunt, limitatione ex propria authoritate facta jam diſceſſerint.

Illuſtriſſima Celſitudo Sua hoc facto neceſſarium duxit, Sacræ Regiæ Majeſtati Suæ exactam, de ſubſecutis poſthæc attentatis totoque dicti Conventus progreſſu, exhibere relationem, ad quam quoque S. S. M. Suæ Clementiſſimæ literæ reſponſoriæ de die 22da Menſis Aprilis jam allatæ ſunt.

Cum igitur Illuſtriſſima Celſitudo Sua compertum habuerit, quod literis Ejusdem adhortatoriis, in Diæceſibus transmiſſis, haud conſideratis, nihilominus, tam ultimus electus Generoſus Deputatorum Mareſchalcus, quam nonnulli tunc temporis Deputatorum ad ita dictum Conventum publicum in diem 26tam hujus menſis propria authoritate limitatum hic advenerint, deliberationesque conventuales inſtituere intentionati ſint; ideo Illuſtriſſima Celſitudo Sua, Eisdem pro notitia eorum, tam modo dictum ſummum Regium Monitorum, de die 29na Martii, in Originali, quam etiam Clementiſſimas S. R. Majeſtatis Suæ ad Eandem datas literas reſponſorias de die 22da jam currentis

O Menſis

Mensis Aprilis in Copia vidimata, cum translationibus eorum transmitti curavit, ac ex gratia Sua simul sperat, fore, ut patefacta justissima Regia intentio aberratos in rectam adhuc reductura sit viam, prout etiam Illustrissima Celsitudo Sua eandem hunc in finem in omnibus Districtibus notificari facere haud erit dilatura.

Quemadmodum vero Illustrissima Celsitudo Sua, quod Superioritati territoriali Eidem competenti inferatur præjudicium quoddam, nullatenus sufferre intentionata est, ita Eadem Illis, qui ad præsentem putativum atque nulliter limitatum Conventum sese congregarunt, hisce serio mandat, ut sine mora ab omnibus ulterioribus deliberationibus abstineant, ac discedant. Mitaviæ die 29ua Aprilis, Anno 1765.

H. C. ab Offenberg, Landhofmeisterus. J. E. Klopmann, Cancellarius.
F. G. de Frank, Oberburggrabius. O. F. Sass, Landmareschalcus.

No. 29.

Ex Diario putativi Conventus limitati de die 26to Aprilis, 1765.

De 29na Aprilis, ante Meridiem.

"Cancellariæ Familiaris Schmid afferebat Generoso Ordini Equestri adjuncta hic, sub lit. E F G H & I quæ etiam sub apertis Januis prælegebantur, & intuitu summi Regii ad malam informationem exportati Rescripti tantopere animos commovebant, ut sanguis vetustate clarus integerrimorum Patriæ Suæ amicorum, & legitimorum honoris libertatisque defensorum eo magis excitaretur, cum nullatenus verendum sit fieri, ut totus Corporis Status, qui officia sua, Serenissimo Supremo atque directo Dominio debita, tam bene cognoscit, quam pactorum suorum fundamentalium conservationem sanctam æstimat, in disquisitione negotiorum patriæ coram Throno S. R. M. Suæ, Regis justissimi & sapientissimi, inauditus condemnari poterit.

EX

EX EODEM DIARIO. Die 30ma Aprilis, Post meridiem.

"Dominus Deputatorum Mareschalcus posthæc Generosis Deputatis repræsentabat, quatenus jam necessitas exigeret, ut Instructiones aperirentur, ex iisque agendi media, ad quæ Ordo Equestris turbidis hisce sub circumstantiis adigeretur, determinentur; quem in finem ille etiam Directorium producebat, vi cujus statuebatur, ut Illustrissimus Dux & Consiliarii Ejus Supremi coram Relationum Judicia adcitandi essent.

No. 30.

Literæ Circulares Celsiss. Ducis pro publicatione Regii monitorii ac literarum, cum notificatione prolongationis termini pro præstando homagio usque ad diem 10mam Junii Anni current. 1765.

DEI Gratia Nos ERNESTUS JOANNES, in Livonia, Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynasta in Silesia Liberi Baronatûs Wartenbergæ, Bralini & Goschützii &c. &c.

Gratiam Nostram. Generosi fideliter Nobis Dilecti. Postquam Conventus publicus, qui ad diem 5tam Martii A. C. limitatus fuerat, per declarationem, ad quam necessitati fuimus, jam finem nactus esset, ac tunc electus Generosus Deputatorum Mareschalcus, Generosique tunc temporis Deputati jam discessissent, summum Regium Monitorium, de die 29na Martii A. C. ad præfatos in Conventu isto limitato congregatos, Nobis allatum est, quod eo tempore expeditum fuit, cum S. R. M. Suæ priores tantummodo hujus Conventus actus illiciti subjecti fuerint. Nos interea exactam omnium in Conventu isto actorum relationem fecimus, ad quam quoque nunc clementissimas Regias literas responsorias accepimus. Cum igitur non considerata Nostra in Districtibus circummissa adhortatione, nihilominus

nus tam electus anterior Generosus Deputatorum Mareschalcus, quam varii etiam anteriorum Deputatorum, ex nulliter facta limitatione, die 26ta Aprilis huc advenerint, ita illis tam summum illud Monitorium Regium in Originali, quam etiam Copiam vidimatam clementissimæ Responsionis Regiæ communicari, eisdemque simul deliberationum continuationem manifesto contra Superioritatem nostram territorialem susceptam inhiberi curavimus. Ast ne dum quoque intermittere voluimus, Summas Regias intentiones ad notitiam Generosi Ordinis Equestris deferre. Quem in finem igitur copiam vidimatam tam summi Monitorii Regii, quam etiam clementissimæ Responsionis Regiæ, una cum eorum translationibus, Vobis quoque remitti curavimus, quemadmodum supersedere haud etiam potuimus, quin ad porrectum Pro Memoria Magnifici & Generosi Domini, Caroli Nobilis de Simolin, Imperialis Russici Consiliarii Status actualis & ad Nos hic accrediti Ministri, factam summam Imperialem Russicam declarationem annecti faciamus. Cum igitur de universo Ordine Equestri clementissime fiduciam foveamus, Eundem in omnibus pro debitis officiis suis sese præstaturum fore, ita de Vobis quoque æque tale speramus, quodque, si nonnulli ex Districtu Vestro homagium Nobis nondum præstitissent, illi hoc non ulterius dilaturi sint, terminum tamen præstandi homagii hisce clementissime prolongamus, quo illi, qui constituta ad id die 13tia Maji, A. C. relevantibus ex causis illud præstare non possent, usque ad diem 10mam Junii, A. C. illud facere valeant. Nos insimul, prout de omnium Districtuum Generosis Possessoribus in genere, ita etiam de Vobis in specie pro gratia nostra speramus, ut protestationes & præcustoditiones, quæ prout fertur, contra illicitos illegalesque prioris limitati antea Conventus publici actus factæ sunt, vel adhuc conficerentur, pro necessaria certioratione Nostra, prope memoratam diem 10mam Junii, A. C. ad Cancellariam Nostram remittatis. Nos interea de gratia clementiaque Nostra Vos assecuramus. Datum Mitaviæ, die 2da Maji, Anno 1765.

ERNESTUS JOANNES, Dux Curlandiæ.

No.

No. 31.

LAUDUM PUBLICUM

putativum renitentium de die 6. Maji a. c. 1765.

Notum testatumque sit hisce, quatenus, postquam tristes intuitu negotii feudalis horum Ducatuum ortæ, ac ad periculosam discordiam usque inter membra promotæ differentiæ, decenti consideratione tam firme sublatæ sint & absolutæ, ut Ordo Equestris, in Deputatis suis præsens congregatus, ingenuis istis animi dispositionibus commoveatur & animetur, qui sub Dominii supremi Regimine, ex eoque proveniente protectione naturali Serenissimi ac potentissimi gloriosè sceptra tenentis Poloniæ Regis, STANISLAI AUGUSTI, activitati suæ, per constitutiones horum Ducatuum ipsas determinatæ, felicissimum promittit eventum, & Ordo Eque-

stris,

ſtris, afflictum Patriæ ſtatum ſentiens, ſeſe Patriæ ex eo obſtrictum vidit, Gravamina, à certo temporis puncto accumulata, ceu manifeſto contra fundamentales cardinalesquè horum Ducatuum Leges ſuſceptos actus, omni circumſpectione colligere, eaque proponere, Ordo Equeſtris in termino legali Conventûs publici, ad diem 26tam Aprilis usque legaliter conſervati, congregatus, eo conſiderato, quod circa id intenderit commotionem ac convictionem excitare, nullatenus vero tam injucundas expectare potuerit conſequentias, circa graves iſtos pro Patria eventus, neceſſitatus fuit, Conventum iſtum legaliter peractum, non ſolum ſecundum conſuetudines bene fundatas, & ſecundum Jura, jam in publico exercitio extra controverſiam poſita, iterum ab una parte conſervare, ſed etiam pro integra Jurium ſuorum Patriæ conſervatione, cum invocatione divinæ, & ſecundum pacta fundamentalia determinatæ ſupremi & directi Dominii protectionis, eum in finem ſequentia ſtatuere & concludere.

1. Quodſi Illuſtriſſimus Dux Erneſtus Joannes vigore noviſſimarum Regni Conſtitutionum Ducatibus hisce inveſtitus, pro ſolida indicatione confecti Corporis gravaminum, læſiones & afflictiones hujus Provinciæ memorabili modo adaugere atque conſervare omnem adhibet operam, Ejusque Generoſi Conſiliarii ſupremi omnimodè adjuvant & adſiſtunt, Ita Jura Generoſi Ordinis Equeſtris tali modo graviter læſa & violata requirunt, ut iſte ſecundum tenorem gravaminum deductorum, quæ, prout notorium, propter diſſenſum huc usque in Ducatibus hiſce infeliciſſimè regnantem, ad nullam dijudicationem, multo minus ad abolitionem pervenire potuerint, & quoniam ille adhuc ultro ad malam ac finiſtram informationem, contra claram Legum mentem, ſummum Regium Reſcriptum in maximum præjudicium Ordinis Equeſtris exportare, aliaque juribus Supremi Dominii plenarie contradicentia attentata committere præſumſit, coram ſummo Tribunali, per Pacta fundamentalia determinato, inſtigatoriè adcitetur, & hi Ducatus, pro fiducia, in juſta ſummorum Judiciorum Relationum Deciſione ſeſe fundante, acerbarum ſuarum querimoniarum ſollicitudinumquè intuitu, contentaretur: quippe quod jam Citationibus inſtigatoriis Illuſtriſſimo Duci Erneſto Joanni in Stuba Judiciali, Ejusque Generoſis Conſiliariis ſupremis rite inſinuatis inceptum eſt, & in ſucceſſu decente vigilantia omnium ingenuorum Nobilitatis Membrorum, Patriam ſuam amantium, debita ſedulo erunt obſervanda.

2. Quem in finem quoque Excellentia ſua, Generoſus Dominus Otto Chriſtophorus ab Howen, Conclavis Secretioris Aulæ Saxonicæ Miniſter, Landhofmeiſterus & Conſiliarius ſupremus, ut & Eques Ordinis Aquilæ Albæ, Hæreditarius quoque Bonorum Würtzau & Bretenfeld, tenore duarum inſtructionum, Eidem ex Conventu, Die 15ta Martii Anni currentis legaliter celebrato transmiſſarum, actualis Ordinis Equeſtris Delegatus creatus, & in hoc Conventu ceu talis confirmatus eſt, ita, ut eidem, vigore agendi præſcriptionum in illo, & hoc in Conventu confectarum, & pro ingenua ſollicitudinis cura omnium afflictæ Patriæ negotiorum, non ſolum cum vera fiducia commiſſum, ſed etiam imprimis commendatum ſit, ut actionem jam contra Illuſtriſſimum Ducem Ejusque Generoſos Conſiliarios Supremos per emanatas ac inſinuatas Citationes coram Judicio Relationum inſtitutam, tempore incidentis cadentiæ à parte Ordinis Equeſtris ſedulo procuret, debitamquè vigilantiam in omnibus pro commodo eorundem adhibeat, quem in finem eidem per menſem pecuniis diætalibus 200. thal. alb. ſumma laudata, & reſtitutio impenſarum, in ventilando hoc proceſſu forſitan provenientium, ex Ærario publico conceſſa ſit.

3. Poſt-

3. Postquam Ordini Equestri, ab Excellentia sua, Imperiali Russico hic subsistente Ministro à Simolin, nomine & ex Mandato Serenissimæ Imperialis totius Russiæ Majestatis, in Conventu hocce publico, & quidem statim sub initio ejus, contra frequentes, magnanimas, clementissimasque, justissimæ atque sapientissimæ Monarchæ Illius assecurationes, quæ pro bono Patriæ firmissimas solatii rationes præbuerunt, dura admodum, atque Jura Ordinis Equestris infirmans declaratio non solum publicè prolata, sed etiam scriptotenus tradita sit, Ordo autem Equestris, qui ingentem disgratiam ex summa declaratione ista connotatam Sæ. Imp. Mtis Suæ Benignissimæ atque Præstantissimæ Monarchæ, circa veram innocentiam suam, ac Legibus conformem agendi modum, haud aliter, quam gravissimo cum dolore animadvertere potuit, firmissimè persuasus credere possit, ut Eidem tristis hic eventus, sinistris ac contra veritatem prolatis insinuationibus, falsisque repræsentationibus, Aulæ imperiali Russicæ factis causata sit; ideo Ordo Equestris, qui ob indicatam dubitationem jurium, eidem citra omnem controversiam competentium, ad ob disgratiam, innocenter contra se excitatam, infinitum animi dolorem haud satis exprimere potest, nullum prætermittere voluit tempus, eorundem fundatam, & per Pacta Legesque ipsas confirmatam justificationem, coram Throno Sæ Imp. Russicæ Mtis Suæ devotissime perferri curare, & pro facilitatione propositi hujus communis Patriæ debiti, ad restitutionem violatorum ejus jurium, Delegationem ad Summam Sæ Imp. Russicæ Mtis Aulam Petroburgum constituit & confirmavit: Quem in finem etiam Generosi Domini, Henricus Benedictus de Brincken, pro tempore Deputatorum Mareschalcus, Hæreditarius bonorum Schedern & Neuborn, ut & Otto Hermannus ab Howen, pro Delegatis illuc non solum declarati sunt, sed etiam sufficiens instructio eisdem extradita est. Quod attinet eorundem itineris sumptus & sustentationis, eisdem, & quidem priori 2000 Thal. in alb. ac posteriori 200 Thal. per mensem destinantur & constituuntur.

4 Cum Generosus Dominus Assessor de Brucken nominatus Fock solummodo ex amore erga Patriam suam, curam correspondentiæ cum Generosis Ordinis Equestris Delegatis suscepit, ille ideo pro Plenipotente & Correspondente ita constituitur & authorisatur, ut ille non solum cum Dominis Delegatis Varsaviæ, sed & Petroburgi, quamdiu Ipsi ibidem commorabuntur, literarum commercium continuet, sed etiam de sibi communicatis Dominos districtuum Plenipotentes in laudo hocce constituendos brevibus certiores reddat; quapropter eidem pro impendendis sumptibus, per mensem 40. Thal. in alb. ita constituuntur, ut Generosus Dominus Supremus Ærarii Præfectus, eidem illam summam semper ad ejus requisitionem erga quietantiam receptam solvat atque remittat.

5. Ne igitur Ordini Equestri necessaria remedia pro superandis ingentibus delegationum sumptibus, aliisque expensis extraordinariis nullatenus deficiant; ideo ille Contributiones 50. Thal. & 10. Thal. in alb. in Laudis publicis præcedentium annorum constitutas ita & tali modo reassumit & confirmat, ut illis plenarie accedat, ideoque hisce constituere vult, quemadmodum omnes illi, qui ceu possessionati Jure Suffragii utantur, & supra memoratas duas contributiones nondum exsolverunt, ex mente laudorum publicorum de iisdem statuentium, maturè ante Festum S. Joannis termino Receptatoribus, in districtibus constitutis & in successu confirmatis, in pecunia albertina irrecusabiliter ac certissime exsolvant, quo pecuniæ receptæ tunc à jam denominando supremo Ærarii publici præfecto tali modo ad rationes referri possent, quo Patriæ Amici, qui usque ad Festum S. Joannis pecunias absque usuris suppeditarunt, illas in termino solutio-

lutionis in eadem moneta, qua easdem suppeditarunt, retro accipere possent.

6. Cum Generosus Dominus Supremus Ærarii Præfectus de Firks, jam sæpius dimissionem suam quæsierit, iterumque petierit, ut à cura ærarii Ordinis Equestris liberaretur, ipse autem, tenore ultimæ rationum depositionis ostenderit, quod pecuniæ laudatæ acceptæque non pro intentione factæ Contributionis, anterioribus Creditoribus ex æquitate priùs satisfaciendo, sed sibi tantum nonnullisque aliis prospiciendo impensæ sint, rationes suas pariter quoque pro onere hujus Provinciæ duxerit, quam reliquis Contributionibus Consensus & justificatio totius Ordinis Equestris defuerit, ac præterea pro nunc novam pecuniæ suppeditationem recusaverit; ideo Generosus Ordo Equestr. Generosum Camerarium de Sacken, hæreditarium bonorum Abgulden, pro supremo ærarii Præfecto suo denominat & constituit, qui gravem huncce laborem, pro ingenua cogitandi sua ratione suscepit, & in Officio isto, Patriæ destinato, suppeditationem ab amicis sibi notis non solum excipiet, ex iisque pecunias dieticas Dominis Delegatis Ordinis Equestris erga quietantias exsolvet, sed etiam ab electis Districtuum receptatoribus, laudatas & exsolutas pecunias ad rationes referet, ex eisque prænumerantibus plenarie satisfaciet. Residuum vero asservabit Dnus supremus aerarii Præfectus usque ad ulteriorem Ordinis Equestris dispositionem, quodsi etiam restantes quædam summæ adinvenirentur, has postea indicabit, quo secundum præscriptum legum exigi possint. Hunc in finem ac ne exoriantur differentiæ, necessarium esset, ut Dominus supremus ærarii Præfectus quietantias typo expressas, nominis sui subscriptione eapropter omnibus districtuum Receptatoribus committeret, quo istæ illis, qui Contributiones solvunt, traderentur, residuæ autem redderentur, de quo sumptus eo majori æquitate ad rationes referri possent,

possent, cum ille pariter ac districtuum receptatores, pro laboribus suis nullam postulent remunerationem, sed id solummodo ex amore erga Patriam suscipiant. Officiales è contrario Ordinis Equestris, cum exactio laudatarum pecuniarum, secundum modum pro nunc constitutum, & ad exempla antiquiorum temporum fundatum peragatur, eisque pro nunc itinera incommodiora haud causentur, uncis eisdem ex Legum præscripto destinatis haud aliter quam in solito illorum circuitu gaudebunt, vel usque dum iisdem in successu temporis forsan committeretur pecunias à restantibus executivè una cum executionis sumptibus per laudum publicum eisdem constitutis exigere.

7. Quoniam non omnia Ordinis Equestris Officia assignata sunt, idque pro criticis hujus temporis circumstantiis nullatenus fieri potuerit, ambo vero isti in officiis adhuc constituti, (& ex quibus Semigalliæ locum tenens provincialis, de Brunnow, in locum defuncti Rottmagisteri de Klopmann hisce pro Rottmagistero declaratur & constituitur) laudatas pecunias propediem exigere haud valeant, patriæque debitis oneratæ, difficilioribus temporibus hisce omnes possibiles sumptus & detractiones comparcendæ sint, ideo Ordo Equestr. sequentes districtuum receptatores & Plenipotentes pronos reddidit atque requisivit, ut

in Districtu Seelburgensi, Generosum Dominum ab Howen, hæreditar. in Eckengraven,

in Districtu Dunab. & Uberlautz. Gosum Dnum, Locumtenentem de Budberg Her. in Garsen.

in Distr. Ascherade, & Nerfft. Gnosum Dnum Capitaneum de Budberg Possess. in Daudsewas.

in Distrikt. Mitaviensi, Gnosum Dnum à Tiesenhausen, hæredit. in Stalgen.

in

in District. Sessaviensi, Gnosum Dnum, de Medem, haereditarium in Elley,

in District. Doblenensi, Gnosum Dnum, à Drachenfels, haereditar. in Grausden,

in District. Neoburgensi, Gnosum Dnum de Reck, haereditarium in Neoburgensis,

in District. Tuckumensi, Gnosum Dnum de Grotthufs, haereditar. in Wilkajen,

in Distr. Candaviensi, Gnosum Dnum Capitaneum de Hahn, haereditar. in Plahnen,

in Distr. Zabelensi, Gnosum Dnum Capitaneum minorem de Koschkull, haereditar. in Asuppen,

in District. Talsensi, Gnosum Dnum Camerarium de Brüggen, haereditar. in Stenden,

in Distr. Autzensi, Gnosum Dnum Generalem excubiarum Praefectum de Wildemann, haeredit. in Keweln,

qui, tenore §phi praecedentis in exactione pecuniarum laudatarum se conformabunt, easque sine mora supremo Ærarii praefecto ad rationes inferri curabunt.

8. Cum porro Ordo Equestris, ex communicatis sibi à Delegato suo Varsaviae commorante, haud exiguo cum dolore comperiri debuerit, quod, quamvis ille ex Conventu publico eoquè legali electus, & ratione notificati eidem dubii, ab eodem omnes possibiles probationes conceptae sint, & exhibitae; nihilo secius tamen ob impedimenta à Ministerio ibidem illi facta, in qualitate delegati actualis Ordinis Equest. haud agnoscatur & audiatur, ideoquè Ordini Equestri horum Ducatuum, cum violatione Juri-

Juridium, eidem ex Pactis fundamentalibus aliisquè assecurationibus competentium, exoptata adimi debeat occasio, querimonias suas valdè extortas, in summa afflictione sua, coram Throno Regis gloriosè regnantis effundere; ita ordo Equestris aliud non potuit eligere remedium, sibi in adverso statu isto prospiciendi, quam ut in persona Generosi Domini de Reck, Haereditarii bonorum Neoburgensium, cursorem publicum destinaverit, eumquè pronum reddiderit, qui sine ulla mora, cum perhumillima supplicatione à Dominis Deputatis jam congregatis subscripta Varsaviam se conferat, eamquè Sae Rae Mti suae, Monarchae Justissimo, tanquam Clementissimo supremo ac directo Domino duorum Ducatuum posthabitorum omniquè auxilio destitutorum, profundissima devotione tradet. Hocce idcirco eo celeriorem majoremque requirit observationem, quod Ordo Equestris ad ultimam necessitatem se vidit redactum, contra illicitos Ducis ausus, per id modo devotissimo innocentiam suam demonstrare, quandoquidem Serenissimus Dux Ernestus Joannes indeterminatum sibi Jus arrogare voluerit, ambos hosce Ducatus pro beneplacito suo gubernare, & hunc in finem etiam per Equitem de Medem ibidem commorantem, ejusmodi falsas & malas insinuationes de actibus benè prospectis & legalibus dispergere curaverrit, & mediante supplicatione, relationem summis falsiloquiis impletam continente, eô rem perducere intenderit, ut Sa Ra Mtas sua, in favorem Principis & in praejudicium Ordinis Equestris Conventum publicum pro vero Patriae commodo continuatum tollat, totumquè Ordinem Equest. malevolis ejusdem tradat inclinationibus. Quapropter igitur electo Domino Cursori publico, ut justificationis supplicatio eidem concredita Sae Rae Mti Ipsi exhibeatur, optimè recommendatur, ac pro sumptibus itineris sustinendis & pro sustentatione eidem 100 Solidi aurei hisce constituuntur.

9. Cum

9. Cum ex Citatione edictali, satis luculenter appareat, quod Celsissimus Dux ad eum eniti statum omnem adhibeat operam, ad quem primus Dux Gotthardus Kettlerus piiss. mem. pervenit, mediante provisione sua Ducali, d. d. Wilnæ d. 28va Septembris 1561 eoque omnes Investituras à Ducibus huc usque consecutas irritas reddere intendat; Ordo Equestris, pro commodo Possessorum Feudalium, silentio præterire non potest, sed potius obstrictum se putat, ex historia notam hic annotare veritatem: Illustrissimo Ordinis Teutonici Magistro, Gotthardo Kettlero, per Pacta publica primævæ subjectionis Jura Ducalia in Curlandiam & Semigalliam haud concessa esse, sed eadem Ipsi demum ex Instrumento Provisionis præfato & quidem consensu omnium Ordinum oriri debuisse. Huncce consensum vero, à Parte Ordinum Curlandiæ & Semigalliæ in Anno sequenti, nimirum Annò 1662. die 7ma Martii, sub expressa conditione subsecutum esse, ut Pacta publica immediatæ primævæ subjectionis nullatenus violarentur.

Quando igitur Duces Successores, vigore Instrumenti Provisionalis de Annò 1561. Jura primi acquirentis appetunt; Sat clarum ac extra omnem controversiam positum est, eadem haud aliter, quam secundùm conditionem Instrumenti Provisionis esse explicanda, ideoquè eo in casu, si Duces subsequentes ab obligatione anteriorum eliberatos sese putarent, tunc quoque ab Ordine Equestri demum dependeret, utrum circa Pacta à Majoribus suis Annô 1562. inita, subsistere eisdem utile esset, sive non. Siquidem extra omne dubium est, atque ex Processu contra Illustrissimos Duces Fridericum & Wilhelmum 1615 & sic porro ventilato, ac pro salute Patriæ finito abundè patet, quod Gotthardus Kettlerus piiss. mem. ex beneficio Majorum Nostrorum Dux Curlandiæ & Semigalliæ factus sit. Quemadmodum igitur circa sat notas Patriæ circumstantias, ausus què celsissimi Ducis Ernesti Joannis subsecutos, Generusus Ordo Equestris omni caret efficientiâ quidquam pro contentatione sua, absque cooperatione Dominii Supremi atque directi tentare; necessitatus itaquè est, ad exemplum præstantissimorum Majorum Suorum, pro & inter se tantum, Conventum publicum celebrare, novumquè terminum pro necessaria alia Ordinis Equestris congregatione præfigere; ideoquè eum in finem, quo porro media, pro asservatione jurium, & omnium Ordini Equestri competentium firmarentur, Conventus hicce publicus cum toto suo robore ac affectu, usque ad diem 12mam Septembris a. c. limitatur atque conservatur, & ita quidem, ut in omnem eventum, si Celsissimus Dux Ernestus Joannes, contra omnem spem ante terminum istum novum indiceret Conventum, Ordo Equestris eatenus jus obtineret, terminum Conventûs conservati in isto cum eodem affectu anticipandi, quasi tunc tempus ad legalem conservationem destinatum seu constitutum incidisset.

Nemini membrorum Ordinis Equestris perspicientia & convictio deesse potest, omnia ab Ordine Equestri peracta & constituta unicè & solum pro vindicatione violatæ libertatis, honoris & conscientiæ facta esse. Idcirco, secundùm naturam, nulla contradictio sive ullus resistentiæ modus unius alteriusquè membrorum Ordinis Equestris locum habere vel præsumi potest, in omnem vero eventum, si uni alterive membro perspicientia & convictio, justi hujus, Patriæquè debiti Ordinis Equestris Conatus ullo modo deficere posset, ac à quodam vel à pluribus commune hoc Ordinis Equestris conclusum dubitationi subjicere, vel eidem resistere præsumeretur, ejusmodi membra ad Constitutiones horum Ducatuum remittuntur, & brevitatis causâ tantum Conclusio Dec. Commiss. de Annô 1717, hic allegatur, iidemquè amore pariter ac confidentiâ admonentur, ne ab officiis debitis erga Patriam consideratione adultera se deduci patiantur, sed

ſed potiùs conjunctis viribus manutentionem jurium Nobilitatis, & in genere eliberationem Patriæ tam graviter afflictæ, ſibi curæ cordiquè eſſe ſtudeant.

Ordo Equeſtris pro eliberatione Patriæ ab afflictione & vexatione omnis generis nulla alia, quam ex ipſis horum Ducatuum Conſtitutionibus derivata, & in iisdem determinata elegit remedia. Cumquè omnia ad ſummum Tribunal protracta ſint, ideoquè nihil absque deciſione plenaria determinari poſſit, idcirco propter conatum huncce ne minimus quidem relinquitur periculi metus, ſed unusquisquè à juſtitiâ Maximi Regis cæterorumquè hujus judicii membrorum id cum fiduciâ ſperare poteſt, quod fundamentales cardinalesquè leges deſuper indicant. Majorem in fidem laudum hocce publicum ab Ordine Equeſtri ad Conventum huncce congregatô, per Dominos Delegatos ſuos propria manu ſubſcriptum & ſigillatum eſt. Actum Mitaviæ, die 6. Maji, Anno 1765.

(L. S.) Henricus Benedictus de Brincken, Deputatus Diſtrictuum Dunaburg & Ueberlautz, p. t. Deputatorum Mareſchalcus.

(L. S.) Erneſtus Wilhelmus de Brüggen, Deputatus Diſtrictuum, Mitav. & Talſens, ut & pro Dnô de Viettinghoff, Deputatô Diſtrictûs Autz.

(L. S.) Henricus Leopoldus de Brucken, nominatus Fock, Deputatus Diſtrictuum Seelburg. & Neuguth.

(L. S.) Otto Joannes de Biſtram, Deputatus Diſtrictuum Aſcherade & Nerfft.

(L. S.) Fridericus Wilhelmus Schöppingk, Deputatus Diſtrictuum Eckau, Bauſzke & Baldohn.

(L. S.)

(L. S.) Joannes Fridericus de Medem, Deputatus Diſtrictûs Seſſau.

(L. S.) Joannes Erneſtus de Sacken, Deputatus Diſtrictûs Doblehn.

(L. S.) Dietericus Caſimirus de Reck, Deputatus Diſtrictûs Neoburgenſis.

(L. S.) Fridericus Chriſtophorus de Hahn, Deputatus Diſtrictûs Candavienſis & in plenipotentia pro Carolo Erneſto de Rœnne, Deputato Diſtrictûs Tuckum.

(L. S.) Joannes Gerhardus de Brincken, Deputatus Diſtrictûs Zabelenſis.

(L. S.) Erneſtus Adamus de Brincken, Deputatus Diſtrictûs Zabelenſis.



No. 32.

CITATIO INSTIGATORIA

Contra

RENITENTES EMANATA.

STANISLAVS AVGVSTVS

DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNUS DUX LITHVANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIJOVIÆ, VOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ, CZERNICHOVIÆ.

Mandamus Vobis Generosis, Henrico Benedicto de Brincken, prætenso Mareschalco illicitè nuperrime celebrati Conventus, ac putativis Deputatis Districtuum Curlandiæ ac Semigalliæ ad eundem illicitum Conventum, Henrico Leopoldo de Brucken, nominato Fock, Ottoni Joanni de Bistram, Ernesto Wilhelmo de Bruggen, Friderico Wilhelmo Schoppingk, Joanni Friderico de Medem, Joanni Ernesto de Sacken, Friderico Christophoro Hahn, Joanni Gerhardo de Brincken & Christiano Adamo de Brincken, nec non Vobis Generosis, Ottoni Christophoro ab Howen, quondam Landhoffmeistero, Friderico de Mirbach, quondam Capitaneo Majori Seelburgensi, Joanni Friderico de Nol-

Nolde, quondam Capitaneo Frauenburgensi & Gerardo Dieterico de Vietinghoff, ut & Complicibus ad infra inscripta attentata concurrentibus, & à vobis putativis Deputatis in termino denominandis, ac omnibus iis ex Equestri Ordine Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ, nimirum præter Vos supra denominatos, Vobis Generosis Joanni Ernesto Schoppingk, Wilhelmo Alexandro de Heycking, Eberhardo Christophoro Philippo de Hahn, Friderico de Koschkull, quondam Capitaneis, Gothardo Wilhelmo de Budberg, Friderico Casimiro de Brucken, nominato Fock, Ewaldo Friderico Fischer, Georgio Friderico de Fircks, Christophoro Levino de Mannteuffel, nominato Szoege, Ernesto Nicolao Kleist, nec non quibusvis reliquis ac singulis, qui Celsissimo Duci Ernesto Joanni homagium debitum ac juramentum fidelitatis nondum præstiterunt, de nominibus & cognominibus in termino specificandis, quos magis actio præsens afficit, de personis causa infra scripta bonisque Vestris generaliter omnibus, ut coram Nobis & Judicio Relationum Nostrarum propriarum Varsaviæ, aut ubi tunc cum curia nostra feliciter constituti fuerimus, in futura juridica causarum Curlandicarum Mense Octobri anno præsenti celebranda, tum, dum & quando causa præsens ex Regestro publico judiciali causarum Curlandicarum acclamata ad judicandum inciderit; & quidem Vos, qui supra specificati de cognominibus Vestris estis, personaliter, alii verò per legitimos Plenipotentes & mandatarios peremtorie compareatis, ad instantiam Generosorum Instigatorum & Vice-Instigatorum Regni ac Magni Ducatûs Lithuaniæ, pro munere Officii sui publici agentium actorum, ut & Delatorum, Illustrissimi Principis Ernesti Joannis, in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Ducis, ac Generosorum Curlandiæ ac Semigalliæ Ducatuum Consiliariorum Supremorum, Henrici Christiani ab Offenberg, Landhofmeisteri, Joannis Ernesti Kloppmann, Cancellarii, Francisci Georgii de Frank, Oberburggrabii & Ottonis Friderici

derici Sass, Landmareschalli, qui Vos hac unica eademque peremtoria Citatione, uti in causa Juris publici citant, pro eo, quia Vos veriti non estis, non solum, cum circa reditum Illustrissimi Principis Ernesti Ioannis, in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Ducis, Ducatus hi unilateralibus dispositionibus ac Ordinationipremerentur, causam præfati Ducis simul ac Serenissimæ Reipublicæ deserere, ab reliquo Generoso Ordine Equestri, Iura ista tuente, Vos sejungere & in tali obstinatione, licet illegales Ordinationes effectui non mandarentur, ita perseverare, ut nonnulli ex Vobis variis illicitis modis Illustrissimum Ducem lacesserint, dum tu, Ioannes Fridericus de Nolde, quondam Capitaneus Frauenburgensis, injuriosas in Principem Literas ad Ejusdem Cameræ Secretarium perscripsisti, Tu, Fridericus Wilhelmus de Schopping, æque ac tu, Garhardus Dietericus de Vietinghof, contumeliosa scripta sparsisti, & Tu, Schöppingk, Ministrum justitiæ, Citationem ideo tibi insinuantem, incarcerasti; verum etiam, quum postea Ser. Respublica in Comitiis Convocationis Iura tam Ser. Reipubl. quam Celss. Ducis vindicasset ac per constitutionem extra dubitationis aleam posuisset, Vos tamen, per hoc & subsecutas admonitiones status Senatorii ac Ordinis Equestris, adigi ad debita Vestra non potuistis: Tu potius Generosus præfatus Schöppingk, Circulares literas Principis jussu emanatas injuriosa subscriptione maculasti; quamvis porro per Pacta Conventa nostra Regia, Eundem illustrissimum Principem Ernestum Ioannem juxta effata Comitiorum Convocationis pro vero Curlandiæ Duce agnoverimus, neque huic Regiæ adstipulationi nostræ conformes Vos gessistis, Tu Potiùs, Otto Christophorus ab Howen, quondam Landhofmeisterus, atque tu Fridericus de Mirbach, quondam Capitaneus Major Seelburgensis, durantibus Comitiis Coronationis, injuriosas contra præfatum Illustrissimum Ducem Ejusque Jura literas supplices Nobis porrigere voluistis atque in Comitiis spargere ausi sitis, licet & jura Illustrissimi Ducis in Comitiis Coronatio-

natio-

nationis Noſtræ per Conſtitutionem Regni confirmata eſſent & Illuſtritas Sua renovationem legitime antea obtenti Feudi ac inveſtituram pro ſe ac Principe ſuo hæreditario à Nobis obtinuiſſet, Vobisque per Regium mandatum obedientiæ Noſtrum exprobratum fuiſſet, quod eo usque homagium Illuſtriſſimo Principi non præſtiteritis, ideoque ſeverè injunctum, quatenus id in tempore ab Illuſtritate Sua deſignato, ſub pænis in Legibus ſancitis contra inobedientes irremiſſibiliter ſtatuendis & exequendis à Vobis præſtetur, Vos tamen ultra inobedientes fuiſtis, & cum antea minoribus Diſtrictuum Conventibus non interfueritis, jam ſub ſpecie ineundæ compoſitionis id effeciſtis, ut in termino Conventus publici ab Illuſtriſſimo Duce convocati, & usque ad diem quintm Martii limitati, tanquam Deputati plurimorum Diſtrictuum miſſi fueritis, cum itaque intuitu horum, qui comparuerunt, pluralitas votorum apud illos ſteterit, qui Illuſtriſſimo Principi juramentum fidelitatis nondum præſtitiſſent, Tu Henricus Benedictus de Brincken pro Mareſchalco Conventûs publici electus fuiſti & acerba oratione de læſis Nobilium Prærogativis, de conquaſſatis Juribus fundamentalibus & de minantibus Catenis æterni ſervitii habitâ, animos plurimorum irritaſti, quo facto Tu, ac vos putativi Deputati, illicita quævis tentaſtis, Curialia Illuſtriſſimo Duci absque ulla venerationis demonſtratione ac indecenter exhibuiſtis, ab ante actis Generoſi Ordinis Equeſtris receſſiſtis, ablegatorum ex Conventiculis Varſaviam Generoſorum ab Howen & de Mirbach relationem publice recepiſtis è contrario illam, quam Generoſus Otto à Medem, Conſiliarius noſter intimus, Generoſi Ordinis Equeſtris per actum publicum Conventus anni præteriti legitime ad Comitia Regni Delegatus, in ſcriptis remiſerat, non ſuſcepiſtis, Illuſtriſſimum Ducem de eſſentialibus Relationis Generoſorum de Howen & de Mirbach, de caractere perſonarum per Generoſos Conſiliarios Supremos inquirentem informare in ſcriptis, attentando contra ejus-

ejusdem Regalia recuſaſtis prætenſum corpus gravaminum indecenti ſtylo conſcriptum compilaſtis, per quæ putativa gravamina, Quæſtiones ſumma Noſtra ac Reipublicæ authoritate definitas, Veſtræ iterum dijudicationi ſubmittere voluiſtis, ac contra Jura Supremi & Directi Noſtri ac Reipublicæ Dominii, nec non contra Illuſtriſſimi Ducis indubitata in hos Ducatus Jura, ac contra Regalia ſua, ſub ſpecie læſorum Nobilitatis Privilegiorum attentaſtis, Illuſtriſſimum Ducem in illis contumelioſè habuiſtis; cumque Illuſtritas Sua, propter hæc & alia attentata, nec non ob injurias ſibi illatas, deliberationes ex Conventu cum Vobis habere ſe non poſſe declaraverit, Vos debitum Illuſtriſſimo Duci homagium in termino ad diem 13 Menſis Maji a. c. indicto, præſtare per proteſtationem detrectaſtis, imo & Generoſos Conſiliarios Supremos à fide debita deducere & in veſtras partes trahere ac totam authoritatem præfati Conventûs, contra manifeſta Jura horum Ducatuum, excluſo Duce ac Conſiliariis Supremis, per limitationem usque ad diem 26 Menſis Aprilis a. c. Vobis tantum arrogaſtis & uſurpaſtis, Quum porro poſt illegalem hanc limitationem, Illuſtritas Sua adhortatoria in diſtrictus miſerit, incolasque, ne illegalium conaminum participes ſe reddant, nec per ulla conſilia à debita obligatione erga Supremum Dominum, Principem ſuum, ac Patriam deflecti ſe patiantur, monuerit, Tu, putativus ex illegitima limitatione Mareſchalcus de Brincken, facinoroſè conatus es, literas in Diſtrictus exarare, quibus admonitionem Illuſtriſſimi Ducis refutare, ac Confratres ad ulteriorem reſiſtentiam, & inobedientiam ſeducere temerariè præſumpſiſti; tunc Vos, putativi Deputati, ex arrogata limitatione in termino die 26. Aprilis præfixo Mitaviæ conveniſtis, & Tu, prætenſus Mareſchalcus de Brincken, initium ulteriorum conaminum acerrima à te habita oratione feciſti, Vos porro per inſinuatum Vobis reſcriptum Regium adhortatorium Noſtrum dd. 29. Menſis Mart. a. c. & per mandatum Illuſtriſſimi Ducis è temerariis Veſtris auſibus deflecti

defleЕti non potuiſtis, imo majorem adhuc exacerbationem demonſtraſtis, & attenrata cumulaſtis, temerè de munere Officiorum Generoſorum Inſtigatorum ac Vice-Inſtigatorum Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ diſponentes, actione Inſtigatoria Illuſtriſſimum Ducem, ac Generoſos Conſiliarios Supremos, ad Judicia Regia Relationum Noſtrarum propriarum adcitari ſtatuiſtis, Citationes tales actualiter in Curia Judiciorum inſinuari curaſtis, per puncta in illis contenta attentata reiteraſtis & cumulaſtis, non minus poſt inſinuatas has Citationes adhuc alia æque temeraria ſuſcepiſtis, deliberationes Veſtras illicitas continuaſtis, putativum Laudum publicum confeciſtis, tenore illius Delegatos Petroburgum denominaſtis, Jus collectandi exercuiſtis, munus Præfecti Ordinis Equeſtris aſſignaſtis, Supremum Receptatorem nec non Receptatores pecuniæ pro ærario publico, ut & alium, qui literarum commercium haberet, conſtituiſtis, & putativum Conventum usque ad diem 12. Septembris a. c. limitaſtis, quum tamen ejusmodi negotia ſolummodo ad Conventum publicum, à Principe indictum & ſub illius authoritate celebratum ſpectent, neque tale quid, absque concurrentia Principis ſtatui poſſit; porro, in fine putativi Laudi veſtri Generoſo Ordini Equeſtri falſas repræſentationes feciſtis, Illumque ut conjunctam cum Vobis cauſam ageret, adhortati eſtis, Illuſtriſſimum Ducem ſiniſtriſſimis inſinuationibus traduxiſtis, Pacta primævæ ſubjectionis convulſiſtis ac contra illa & Inveſtituram ac Jura Illuſtriſſimi Ducis inſurrexiſtis, tandem homagium Illuſtr. Duci juxta ultimam Comitiorum Coronationis Noſtræ Conſtitutionem ac mandatum obedientiæ Noſtrum Regium debitum neque in priori à Principe ad diem 13 Maji indicto neque in termino ab Illuſtritate Sua ad diem 10 Menſis Junii prolongato præſtitiſtis, per quæ omnia, ſpretis ſeriis Noſtris admonitionibus contra Jura Supremi ac Directi Noſtri ac Reipublicæ Dominii, contra conſtitutiones ac Sancita nuperrima, contra Jura indubitata Illuſtriſſimi Ducis in hos Ducatus, illiusque Regalia, contra fidelita-

delitatem ac Reverentiam illi juxta mandatum obedientiæ Noſtrum Regium ac nuperrimas Conſtitutiones Regni debitam & contra Pacta ſubjectionis ac fundamentales horum Ducatuum Leges, attentare præſumpſiſtis, quibus aliisque illicitis latius in futuro termino declarandis & explicandis in pœnas Legum incurriſtis, eisque ſuccubuiſtis, pro quibus pœnis criminalibus ſuper Vobis, ſeu quos magis hæc attenta & delicta onusque præſentis actionis afficit, juxta demeritum cujusvis decernendis, tum ad videndum & audiendum Conventus Veſtros cum omnibus eorundem concluſis nec non Citationes contra Illuſtriſſimum Ducem ac Generoſos Conſiliarios Supremos emanatas aliaque illicita ſcripta veſtra caſſari & annihilari, Jura ac Regalia Illuſtriſſimi Ducis per Vos læſa & violata redintegrari, Pactaque primævæ ſubjectionis conſervari ac manuteneri cæteraque, quæ de Jure venerint, contra Vos ſtatui, decerni & ſententiari, citamini. Sitis igitur pârituri, terminum attenturi, & judicialiter ad præmiſſa aliaque latius futuro in termino contra Vos proponenda, reſponſuri. Datum Varſaviæ die 3. Auguſti Anno 1765.

(L. S.) (L. S.)

A. S. L. R. M. & S. R. L.

JOZEF DOWNAWICZ,
C. P. G. I. U. M. Pieczęci W. X. Lit.
Sekretarz.

No. 33.

PRÆNOBILISSIME

atque

DOCTISSIME

Imprimis honorande Domine Cameræ Secretarie,

Amice æſtimatiſſime.

Wladario meo in bono Odſen ante aliquod tempus per militem peregrinum, qui prætexuit ſe eſſe Ducalem & ex Mitavia venire, litteræ quædam formâ oblongâ, Sigillô majori incognito obſignatæ, quarum inſcriptio, quamvis in totum falſa & irritè concepta, ad me tamen directa eidem videbatur, traditæ ſunt. Poſtquam autem Wladarius iſte, partim quod ille ſcripta legere neſcit, partim ex ſimplicitate, literas easdem ea intentione, ut proximâ cum poſtæ occaſione illas huc transmittere poſſit, aſſumpſit, easque apud ſe in menſa jacentes reliquit, liberi ejus advenerunt, & pro innocentia ſua non ſolum Sigillum ſolverunt, ſed etiam literas ipſas penitùs fere dilacerarunt. Cùm itaque præſatas literas eo in ſtatu, in quo jam ſunt, à Wladario meo acceperim, & ex in totum falſa earundem inſcriptione, Sigillô, contentis, & ſubſcriptione perſpexerim, easdem à nunquam legitimè infeudato, poſtea autem revera exfeudato Duce Erneſto Joanne, Cômite de Biron, moderno uſurpatore & Regente deſpotico Ducatuum horum, huc usque à legitimo eorum Duce, urgentem ob neceſſitatem derelictorum, ac ſummè dolendo obitu Sacræ Regiæ Majeſtatis ſuæ

 Polo-

Poloniæ, Sereniſſimi atque potentiſſimi Regis ac Domini Noſtri Supremi ad tempus aliquod duplici modô orbatorum, ad me directas eſſe, & ita dictam, ad modum noviſſimè inventum, conceptam reſignationem prædii Ducalis pignoratitii Odſen, quod ſimul ceu prædiolum Capitaneatûs, ad celebranda ibidem Judicia Ducalia Caſtrenſia Frauenburgenſia poſſideo, repræſentare debere, ego vero a nemine alio niſi à Regia Celſitudine ſua, Sereniſſimo Duce Carolo, Solo noſtro legitimo & Clementiſſimo Principe ac Domino territoriali, tam realem deſuper reſignationem, quam alia mandata Ducalia aſſumere poſſim, & aſſumam, ita libertatem mihi præſumo, Dominationi Veſtræ ſummam epiſtolam manualem hujus Pſeudo-Ducis ita ut illam accepi, hisce remittere, certiſſima cum aſſecuratione, quod Eidem, neque bonum Ducale pignoratitium Odſen, quod bona fide poſſideo, unquam voluntariè cedere, neque cum eodem de quibusvis aliis me committere firmiſſime mecum conſtituerim, Interea cum Illimitatæ poteſtatis Regimine Suo ita pergat, prout illud incepit, & ſpolia illicita multifariam hucusque commiſſa, ſub quibus patratum illud contra me in bono Groſz-Würzau quoque comprehenſum eſt, novis ſemper accumulet; Omnipotens autem cœli & terræ Dominus, pro infinitia ſapientia & Juſtitia ſua, cuique modum & terminum ſtatuit, & fiduciâ plenam quoque ſpem foveo, fore, „ut uſurpatoris hujus crudelis ſævitiæ furo„resque,„ ab omni ſapientiſſima providentia contra Nos, in bene promeritam pœnam, emendationemquè noſtram ad tempus aliquod conceſſæ, prudentibus ſemper ad huc vigentis Sereniſſimi Supremi atque directi Dominii Noſtri, Sereniſſimæ dicam Reipublicæ Poloniæ, diſpoſitionibus, brevi rurſus cum terrore finiantur.

Dominationem Veſtram ſimul addictiſſimè rogo, ut porro, infructuoſum non ſuſcipiat laborem, literas ejusmodi ad me concipere, quoniam tales neque ipſe aſſumam, multo minus ad eas reſpiciam, ſed illas ſemper haud reſignatas illico, unde allatæ ſunt, remittam.

Conſtantem hanc reſolutionem meam omniaque epiſtolæ hujus meæ contenta Dominationi Veſtræ quæſo, non ſolum moderno ſuo „illimitata poteſtate regnanti„ omnibusque Ejusdem „Sapientibus Regiminis Conſiliariis„ aliisque Officialibus, ſed etiam omnibus, ad propria authoritate ab Eodem „occupa„tam & expugnatam quaſi Ducalem„ Cancellariam & Cameram pertinentibus notificare, & generaliter publicare placeat.

„Tandem duram omnium recte ſentientium honoremque „amantium virorum ſub intolerabili fere Jugo, præſentis deſpoti„ci Regiminis ſuſpirantium, præcipue autem illam Dominationis„ Veſtræ, tanquam amici mei æſtimatiſſimi ſortem, cordicitus doleo, omnibus mox ſperandam felicem eliberationem „à triſti eo„rum captivitate ſincere apprecor„ & imprimis aſſecuro, me multa cum conſideratione permanſurum,

PRÆNOBILISSIMÆ
Dominationis Veſtræ

deditiſſimus Amicus & Servitor

J. F. Nolde,
Capitaneus Frauenburgenſis.

Würzaviæ,
die 12. Decembr. 1763.

No.

No. 34.

Cum ego tam in his Ducatibus despotice plane & illimitara potestate regnantem Principem, quam etiam Ejusdem Consiliarios reliquosque Officiales, prout notum est, pro illegalibus agnoscam; ita & Ejus ita dictam Ducalem Commissionem ad bonum meum pignoratitium Odsen non assumam. Eidem in antecessum hisce re & actualiter resisto, & Wladario meo Odsensi simul mandavi, illas personas, qui ceu Commissarii illuc venire conarentur, pro prædonibus reputare, in eosque Sclopetas explodi curare. Datum Mitaviæ, die 1ma Februar. Anno 1764.

Joannes Fridericus Nolde,

unicus legitimus Capitaneus Frauenburgensis & Possessor pignoratitius prædii Odsen.

mpp.

No.

No. 35.

Depositio Ministerialis in Cancellaria, quod Gen. de Schöppingk illum incarceravit.

Anno 1764, die 10ma Januarii, Ministerialis Ducalis Mitaviensis, Ioannes Gottlieb Dietrich, coram Actis Cancellariæ Ducalis, sub fide Iuramenti pro Officio Suo præstiti enunciabat atque inferebat: quatenus ille, in bono hæreditario Generosi Subjudicis Schöppingk, Bornsmünde dicto, cum ibidem die 2da Ianuarii hujus anni, memorato Subjudici Schöppingk Citationem criminalem insinuasset, & jamjam avectus esset, à Generoso Capitaneo militari de Vietinghoff ex bono Danthalensi cum nonnullis Kmethonibus eo reductus, ibidemque à mentionato Generoso Capitaneo de Vietinghoff, qui contra Illustrissimam Celsitudinem Suam pariter ac contra Generosos Consiliarios Supremos multa verba contumeliosa conviciaque, expressionibus maxime indecentibus evomuisset, usque ad reditum Generosi Subjudicis Schöppingk, sub custodia quatuor Kmethonum in arresto retentus esset, post reditum Generosi Subjudicis Schöppingk, iste illum coram se duci jussisset, ac eundem durissima allocutione interrogasset: quid attu-

attuliſſet? ad quæ Deponens replicaſſet; quod id Citatio criminalis eſſet, quam Deponens Eidem oſtendere debuiſſet, cumque prædictus Generoſus Subjudex Schöppingk Originale in manibus ejus vidiſſet, non ſolum hæc protuliſſet; quod Deponentis fortunæ tribuendum eſſet, eundem non domi fuiſſe, alias multo pejora experiri debuiſſet, dum illum Varſaviam in Carcerem miſſurus fuiſſet, ſed ille etiam eidem ſignificaſſet, quod ſtatim diſcedere, & ultra granities ejus reduci deberet, quo facto etiam quatuor homines armati eundem ad Bauſcam uſque concomitati eſſent, ibique ab eo receſſiſſent.

(L. S.)

Præinſertam Copiam cum originali ſuo in Cancellaria Ducali aſſervato in omnibus concordare ſub fide Officii mei teſtor.
Carolus Erneſtus Schmid, Cancellariæ Ducalis Familiaris.
mpp.

No.

No. 36.

LITERÆ

Celſiſſimi Primatis, ac Principis, Comitiorum Mareſchalci, Adami Czartoryski, ad Gen. Plenipotentem Ordinis Equeſtris de Grotthuſs.

Generoſe Domine Plenipotentiarie,
Amice honorande,

Conſtans ac perpetua Generoſæ Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ Nobilitatis in Polonicam Rempublicam fiducia eum paucis diebus retulit fructum, quem inviolata Ejus fides propenſiſſimaque Reipublicæ in eandem

vo-

voluntas' exigebant. Cum vero Generoſus Camerarius Regius & Eques, Dominus Otto Erneſtus de Medem, a Senatu pro Delegato Generoſæ Nobilitatis recognitus, eandem de Celſiſſimi Principis Erneſti Ioannis Ducis Curlandiæ & Semigalliæ in eosdem Ducatus jurium a Confœderatis Ordinibus recognitione edocuerit, nihil jam mihi univerſoque noſtro Senatui ſupereſt, quam ut non modo Generoſæ nobilitati debitam Celſiſſimo Duci ſuo fidem ac obedientiam præſtandam commendemus, ſed ut cæteros contrarium huc vsque ſentientes ad eandem Duci ſuo fidelitatem exhibendam ſerio adhortemur, ac de eo moneamus, „ nemini in gravaminibus (ſi quæ occurrunt) niſi „ prius voluntati ampliſſimorum Ordinum Reipublicæ in „ annexa Conſtitutione expreſſæ paruerit, aditum juris fo„ re futurum. " Quod reliquum, ut fauſta quævis ac pro Gloria Ducatuum ac Generoſæ Nobilitatis Curlandiæ & Semigalliæ eveniant, & ſpero, & meo ac totius Senatus nomine exopto, ita Generoſæ Dominationi Veſtræ proſperrima omnia precatus maneo. Varſaviæ 4. Julii 1764.

Generoſæ Dominationis Veſtræ

addictiſſimus
Vladislaus Lubienski Primas
mpp.

No.

No. 37.

Magnifice & Generoſe Ordinis Equeſtris Ducatuum Curlandiæ Plenipotentiarie! Amice Honorande!

Non vanum fuiſſe Generoſi Ordinis Equeſtris Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ ab initio Comitiorum Convocationis de felici eorundem ſucceſſu expectationem, multa tum in commune bonum Reipublicæ Decreta, tum ſingulariter quæ conſervationi jurium & tranquillitati iſtorum Ducatuum provident, documento ſunt. Meruit ſane intaminata Generoſæ Nobilitatis Curlandiæ & Semigalliæ in Rempublicam Polonam fides, ut parem illi referret propenſionem & benevolentiam. Hoc equidem animo, magnoque conſenſu confœderati Status Reipublicæ Conſtitutione in hisce Comitiis probarunt omnia, quæ Celſiſſimum Ducem Erneſtum Ioannem concernunt, & Jura Ipſius in Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ pro legitimis recognita „ ſolidare poſſunt. Cujus rei teſtis Generoſus Dominus „ de Medem, Delegatus a Generoſo Ordine Equeſtri Cur„ landiae & Semigalliae, grate a Republica acceptus, renunciare Eidem haut intermiſit.

Nihil itaque amplius deſideratur, quam ut Generoſus Ordo Equeſtris Celſiſſimo Duci ſuo Erneſto Ioanni, au-

ctoritatique Ipsius legitimae, debitam in unione animorum praestet obedientiam. Quod quemadmodum cognita Ejus prudentia sperare jubet, ita quicunque hanc suam obligationem adimplere, voluntatique Reipublicae parere detre-„ ctaverit, suo id damno fecisse sciat, dum gravamina, „ si quae sunt, coram Throno futuri Regis examinanda „ & decidenda venient. Caeterum Generosae Dominationi Vestrae faustissima quaeque meo ac Equestris Ordinis Regni hujus nomine ex animo precor, omni, qua par est, aestimatione.

Magnificæ ac Generosæ Dominationis Vestræ

addictissimus Amicus.

Adamus in Klewan & Zukow Dux Czartoryski, Comitiorum Regni Mareschalcus, Terrarum Podoliæ Generalis.

No.

No. 38.

Exhortatorium Celsissimi Primatis ad Nobilitatem Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ. Mens. Septembr. 1764.

Extra spem omnem meam accidit, postquam Dominationes Vestras eo usque non recognovisse Ducem Ernestum Joannem Bironem pro vero ac legitimo Duce Curlandiæ Domino Vestro, non vanis quibusdam rumoribus, sed certo Nuntio ad me delatum esset. Cum primum enim innotuisset Vobis statutum Convocationis, quo memorato Duci pacifica Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ adscribitur possessio & jus, quod Ipsi ad eosdem Ducatus virtute Constitutionis 1736. attributum fuit, minime vacillasse declaratur, nec opinari quidem potui, ut Dominationes Vestræ, Eo repudiato, alteri debitam suam obedientiam testari adhuc cuperent, Quod vero magis in ea opinione Me confirmaverit, illud est, quod egomet ipse Authoritate Confœderatorum Ordinum Reipublicæ Duci Ernesto Joanni Bironi commendaverim, ut præfatum Comitiorum Statutum publicum in Ducatibus redderet ac promulgaret. Sed expectationem meam, quæ hicce vidi, temeraria quædam Scripta, ac veluti denunciationes quædam Nobilitati alterius legitimi Ducis Curlandiæ, rei veritati & expressæ Reipublicæ menti adversantes fefellerunt, quæ certæ non alium quam infelicissimum Authoribus suis allaturæ sunt fructum, Satis equidem superque erit, in futuris Judiciis argumenti, ad meritas ex iis, qui publicam Ducatuum Curlandiæ ac Semigalliæ tranquilitatem perturbant, sumendas pœnas vel ex ea sola ratione, quod præsens Reipublicæ ordinatio probe nota perspectaque omnibus fuerit; ex eo

tamen,

tamen, quo singulas Dominationes Vestras ac unumquemque Eorum complector amore, quemque mihi & Primatus in hac Republica & Status ipse meus inspirat, cupiens vehementer, ea omnia, quæ pro hac rebelli quorundam voluntate impendent, mala avertere, ultima hac tandem vice Dominationes Vestras admonitas esse volui. Quod cum præsentibus facere intendo, per proprium bonum Vestrum, ac ea, quæ Vobis carissima esse possunt, „Vos obtestor, ne amplius proterviæ Spiritu duci patia- „mini, & Reipublicæ Dominæ Vestræ obsequi non fugiatis, sed „recognito quam primum Duce Ernesto Joanne, „ utpote vero & legitimo Principe Vestro, eidem ad normam recte sentientium Fratrum Vestrorum fidem & obedientiam juretis, juratamque sacrosancte servetis. Quodsi hoc meum æquissimum Consilium non placuerit, dolebo quidem maxime obstinatos Vestros animos, at juvare aut evincere nequaquam potero, ut commissorum a Comitiis Convocationis, post Legem nempe promulgatam ad hæc usque tempora facile vobis venia concedatur. Si autem præsens hæc mea adhortatio, eum quem opto in animis Vestris effectum est sortitura, quum primum commune bonum ad explendos duntaxat conatus Vestros turbare desieritis, amplissimo spero futurum est Vobis argumento, quantum me Vestra tangant commoda, quodque sim &c.



No.

No. 39.

EXTRACTUM

Ex literis circularibus pro Convocatione in Districtu Bauscensi, de die 25ta Junii Anno 1764.

„Bornsmünde die 30. Junii. Cum Comes Büh- „ren non secundum Constitutionem de Anno „1683. Feudum obtinuerit, consequenter etiam „meus Dux non est, itaque cum eo quoque Con- „ventum publicum non celebrabo, neque etiam „dies precationum publicarum pro Ejus eliberatione „determinabo. Hæc pro notitia.

Quod Præinserta, „lineolis notata, verba in „originali Circularium literarum mihi exhibitarum, „reperiantur, ex illisque, ad requisitionem, hic „ver-

„verbotenus concordantia excerpta ſint, hiſce more „ſolito atteſtor.

(L. S. Secret. Act. & Not. Publ.)

Theophilus Werner, S. R. M. Secret. Act. & Notar. Publ. Juratus. mpp.

No. 40.

GENEROSI DOMINI,

Præcipue honorandi, Domini Confratres!

Ex annexo Mandato Ducali ad me directo, Generoſis Dominationibus Veſtris pluribus perſpicere placebit, quod Reſultatum Comitiorum Convocationis Varſaviæ celebratorum, una cum literis à Celſiſſimo Principe ac Domino Primate ad Illuſtriſſimam Celſitudinem Suam Ducem Noſtrum allatis, & reliquis adjunctis Generoſo Ordini Equeſtri Diſtrictus Bauſcenſis quam primum communicari debeat.

Pro hocce obſequentiſſime exſequendo honorem mihi tribuo, Generoſis Dominationibus Veſtris illa in annexo transmittere, ſimulque aſſecurare, quod omnimodo conſideratione ſim,

Generoſarum Dominationum Veſtrarum,

præcipue honorandorum Dominorum Fratrum meorum.

Deditiſſimus Servitor
Ferdinandus de Pfeilitzer
Nominatus Franck.

Seſſaviæ, die 11. Julii, 1764.

Rogatur addictiſſime circulares literas haſce ubicunque locorum exhibeantur benevole ſubſignare.

Bruncken.

Bornsmünde, die 13. Julii, 1764.

(Jam occupatus eſt Sereniſſimi Ducis Caroli natalitia celebrare, Ejusque declaratio ratione Domini Comitis Bühren ex anterioribus nota eſt.)

Patzen, die 12. Julii, hic adfuit.

Roſenthal, die 13. hic adfuit.

AB EXTRA


Generosis Dominis, Generosi Ordinis Equestris Districtus Bauscensis.

Præcipue honorandis Dominis Confratribus meis.

Addictissime.

(L. S.)





No. 41.

Aa.

ORATIO

Generosi Henrici Benedicti de Brincken in Conventu habita, die 5ta Martii Anni curr. 1765.

Non nisi maxime animi commotione hunc locum jam aspicio, qui multis abhinc temporibus à dignis antecessoribus, communi sub assensu inauguratus est, ubi fundata cum convictione sperare possum, concordia, amore, fiduciaque labantis patriæ nostræ fulcrum rursus confirmatum fore. Quomodo de felici isto eventu in minimo dubitare possem? cum in selecta, hacce Diæcesium Deputatorum Congregatione, tam præstantissimos video viros, in quibus vera imago ingenui Patriotæ ad vivum delineari potest.

 Agno-

Agnotum commodum hocce tam plenarie me animat, ut circa attentam debitorum meorum obſervationem adminiſtrationemque dignitatis mihi ex plena fiducia commiſſæ, cognitionem virium mearum haud firmarum, ignorare fere poſſem. Aſt propriæ ſenſationi meæ adulari nolo, ſed potius libenter confitear, me Directorium præſentis hujus Conventus majori cum metu ducturum fore, niſi in caſibus exigentibus, ab omnium veſtrorum perſpicaci conſilio auxilioque jucundum mihi promittere poſſem uſum.

Quam magni momenti objecta præſentium Deliberationum noſtrarum ſint, Dominationes Veſtræ pro omnibus iis, quæ hactenus in præjudicium ſtatus noſtri conſtitutionis acciderunt, ipſæ dijudicare valebunt. Nullum eventum ſingularem ſeparatim allegare volo, cum vobis, ceu dignis totius corporis ſtatus noſtri membris, ſufficiens de omnibus convictio deeſſe haud poteſt. „Sufficit, prærogativas noſtras, à majoribus noſtris ad cinerem „usque devenerandis, ineſtimabilem valorem nactas, læſas, leges „e contrario fundamentales & Cardinales penitus conquaſſatas eſſe.

Quid nobis ſub triſtis hisce patriæ circumſtantiis aliud reſtat? quam ut communibus conjunctisque viribus de conſervatione dolenter læſæ ſalutis noſtræ laboremus, atque concordia, amore, fiduciaque, vera eligamus media, nos liberandi, „poſte„rosque innocentes eripiendi minantibus catenis æterni ſervitii.„ Non itaque tempus hoc prætermittamus intentionem illam proſequendi, quæ à Diœceſium noſtrarum Fratribus quam optime commendata eſt, omniaque ea ſolida attentione conſideremus, quæ patriæ libertati noſtræ, honori, conſcientiæ, nobisque ipſis debemus.

ORA-

Bb.

ORATIO

Generoſi de Brincken poſt illegalem limitationem die 30. Martii anni curr. in conventu habita.

Generoſi atque Honoratiſſimi, Domini Fratres.

Fiducia, amor atque concordia in exacta conjunctione tutiſſima præbent media, „quibus integri Status minatæ devaſtationi „eripi„ atque in florentiſſimo conſervari poſſunt ſtatu. Quam parum univerſalis hæcce veritas minimæ expoſita ſit dubitationi, exempla ingeſtarum rerum monumentis aſſervata ipſa nos edocent. Prolixum nimis foret, ſi de iisdem ex remotioribus regionibus argumenta colligere deberemus, cum triſtes propriæ patriæ noſtræ Conditiones, quæ in agnotis prærogativis quam maxime excellens ſuperbit, de iisdem injucundiſſimas exhibeant convictiones. Amara recordatio infelicis illius diſcordiæ, quæ inter membra ſplendidiſſimi corporis ſtatus huc usque contrariam deſtinavit ſortem, periculum nobis adhuc vividius ante oculos ponit, „quo „patria dignique ejus filii, inſanabili libertatis amiſſione, ſacrificari debuerunt.„ Sapiens autem Domini providentia, „quæ callidæ „hoſtis poteſtati arctiſſimos ponit terminos„ præſens temporis punctum tam fortunatum effecit atque ſenſibile, ut univerſalem conjunctionem ingenti cum fiducia eo magis expectare poſſimus, quo tutius in illa vera conſiſtunt media, æternum afflictæ patriæ noſtræ præcavendi interitum.

In glorioſo hocce rerum ſtatu ſpes funditus animabatur, ut communis afflictio, in ipſo matris gremio, agnitura, & ab optimo patre perceptura foret.

Gene-

Generosi honoratissimi Domini Fratres! gratissimo animo, inæstimabilem illam recordor confidentiam, qua me, sub initio hujus Conventus, inexpectata Directorii traditione modo præstantissimo dignati estis, nihilque ardentius optarem, quam ut omnimodo cum dexteritate à me suscepta, vestrorum omnium benevolam sibi comparare valeant dijudicationem & assensum. Tametsi deliberationes nostræ ad salutem communem tendentes indecentibus objectionibus, & publici hujus Conventus actus malis interpretationibus obnoxiæ fuerint; haud parvam tamen ex eo contentationem capio, „quod sævientes speciosæ potesta- „tis illimitatæ impetus„ in vigore convenientium vestrarum patrioticarum cogitandi rationum, fortissimam experti sint resistentiam. Primus hic gradus est, quo pro asservatione honoris & libertatis nostræ incedere debemus, per quem etiam ulteriores agendi normæ Generosi Ordinis Equestris determinantur.

Plenarie convictus sum, vos omnes, ceu veros libertatis amatores operam illam meritissimam haud fore recusaturos, „dignis Fratribus ac mandantibus vestris sincerrimas Stubæ „Conventus intentiones, periculosasque circumstantias patriæ „nostræ exilio suo proxime positæ, tam vivide repræsentare, „quam vera earundem qualitas postulat. Ita tandem NOCEN- „TISSIMÆ HOSTIUM ASTUTIÆ infirmaturæ erunt, fidelitas patriæ membrorum remuneratura, patriaque ipsa, conjuncta cura & vigilantia, à certo interitu suo plene eliberatura erit.

ORA-

Cc.

ORATIO

Generosi de Brincken die 26. Aprilis Anni currentis in Conventu illegali habita.

Generosi ac honorandissimi. Domini Fratres.

Nihil plane sensationibus honoris & bonæ conscientiæ magis adulatur, quam cum cives liberi, attamen in sua situatione fundamentali conquassati Statûs nullis modis astutorum ac violentorum tentaminum ex seria observatione innatorum debitorum se eijici patiuntur, sed potius sub heroicis armis imperterritæ constantiæ in istum se conferunt campum, qui illis ab avitis gloriosâque memoriâ dignis majoribus ad visibilem eliberationem violatarum libertatum, tanquam securissimum asylum patefactus est. Decens nexus honoris cum bona conscientia in omnibus membris liberi Statûs, si modo suas hæreditate consecutas prærogativas agnoscunt, & cum istis naturales suos instinctus conjungere volunt, tam gratam excitat impressionem, ut ista essentialia ad illius perfectionem tam magna attentione considerent, quam illorum innatis inclinationibus convenit, conservationi illius omnia emolumenta salutis ac vitæ impendere. In hac vivida descriptione & ex istis ita dimensis adumbrationibus illius verus civis status agnoscitur, qui in omnibus actionibus suis sensualem perceptionem detegit ac ab attenta contemplatione

tione nunquam deflectit, quam illi inæstimabile pretium libertatis & accuratissima observatio debitorum inspirat. Quantum vero impossibile est, ut merita, quæ digno objecto propria manent, & quorum perceptiones sæpissime in multifariis exemplis imperfecta sunt, sub alia specie valere possint, tantum etiam abest, quin omnia membra corporis, quæ ex sanguine heroico libere natorum originem suum trahunt, magnorum horum verorumque meritorum participia futura sint, dum reales perceptiones naturalis amoris libertatis aliquali ratione abnegare deberent, „cum pro tyrannica servitute ejusdemque crudelibus se„quelis„ non contremiscerent maximamque contestarentur aversionem. Constitutio statûs ipsa acquisitæ libertati securissimam præstat sponsionem, optimaque ostendit media, eandem „incon„gruenti usu ejus contra durissima tentamina violenri raptûs tu„ram reddere.„ Generosi & plurimum honorandi Domini Fratres! patria nostra infeliciter constituto systemate parvi statûs verarum harum prærogativarum peculiari discrimine se gloriari potest, quæ nobis tenore istius cum Serenissima Republica stabilitorum pactorum, per sedulam vigilantiam majorum nostrorum honore dignissimorum sine ulla coutradictione concessæ sunt. Quam multis haud decentibus præjudiciis nocivisque objectionibus apud attentam partem Europæ nos exponeremus, si ex incognitis passionibus falsisque præjudiciis istis in formidolosis repræsentationibus vanorum glaucomatum renunciare & æstimabile cimelion „libertatis detectæ aviditati despotici cujusdam „Principis„ relinquere vellemus. Lugendæ circumstantiæ patriæ nostræ à certo quodam tempore „sub intolerabili pondere præ„sentis regiminis„ tam sensibiles nobis factæ sunt, ut in nobis reminiscentia tristis primorum temporum, quæ apertis argumentis injuriæ & violentiæ insignia erant, ad justum dolorem iterum resuscitetur. Attamen superatas perceptiones infelicium istorum temporum, quæ multis fidelibus patriæ filiis adhuc cruenta

cruenta infligunt vulnera, non renovabo, sed tantummodo vos, æstimatissimi Domini Fratres, ad pristinum conventum publicum durosque ac notissimos eventus revocabo. Probe scio, quod, si vos omnes propriæ vestræ convictioni cedere velletis, vos tam ex ista, quam iu illo in districtibus subsecuto eventu, & tunc demonstratis nocivis consiliis, inquietudinem & discordiam sustentare, ruinam patriæ nostræ tali modo consideraveritis, ut ista subito auxilio opus habeat. Obligationes membrorum hujus regionis his in casibus sunt communes, & cum vobis omnibus, tanquam dignis patriæ amicis & libere natis status secundum prærogativas nativitatis vestræ incumbat, „ista tali ratione nexa „vincula odiosæ servitutis dissolvere,„ ac in periculo constituta patriæ jura vindicare, ne negligetis quæso ultimum hocce momentum, in amicabili concordia & confidentia, media eligere, quæ nos ex infinita confusione plane eripere possunt. Absentes Domini districtuum fratres, qui nunc tandem vera descriptione evidentis periculi, in quo tota nostra patria versatur, perfecte convicti erunt, & quos commodum ac detrimentum ejus æque tangit, præsumptivè Vobis sufficientem instructionem sine dubio dederunt strictumque jus contulerunt, nostra fundamentaliter læsa jura ac libertates pro tenore legum unitis viribus defendere & contra publicos clandestinosque patriæ inimicos. Omnipotentia Dei, cujus forte brachium maxima mundi imperia tegit, ac super oppressam nostram patriam expansum est, justa nostra conamina, quæ sub gravi testimonio magni hujus & universalis judicis certe sincerrima consilia fovent, paterne sublevabit, nostrisque deliberationibus, quæ hodierno die in numerosa congregatione eximiorum patriæ amicorum iterum initium capiunt, benedictum felicemque exitum dabit.

Dd.

ORATIO

Generosi de Brincken, Die 6. Maji anni currentis post illegalem illius illegalis Conventus limitationem habita.

Generosi atque Honoratissimi Domini Fratres.

Tristis ac deplorabilis conditio Patriæ Nostræ penitus fere oppressæ, quæ in præsenti infelici rerum situ, acerbissimis exposita est persecutionibus, proh dolor! ita dissoluta est ut pro vera sua subsistentia omnium ingenuorum Patriæ membrorum animos quam maxime commovere debeat. PRINCEPS, quem favens Sors pro Capite in Libertate natorum destinare voluit, qui post hominum memoriam, jucundum libertatis gustum habuerunt, „ ipse „ sub fucata imagine, bene sentientis Patriæ patris eidem plena„ rium parare interitum tendit." Infortunata exempla! quæ reservatæ vitæ nostræ seræque posteritati non nisi moestissimum ponere debent monumentum.

Prærogativæ atque libertates Ordinum à Gloriosissimis Regni Poloniæ Gubernatoribus, antecessoribus nostris inter cineres pulveresque adhuc reviviscentibus, in documentis fide dignissimis concessæ, secundum assumpta Formæ Regiminis tam parum restrictæ Principia, „ in Consistentia sua non solum dubiis subjectæ, „ sed etiam agnotus eorum valor putativo modo infirmatus est. „ Limites præsentis scopi mei contra voluntatem meam transgredi, meque in amplum justissimarum querelarum, acerbissimarumque objectationum campum conferre deberem, nisi ex modestia ac invincibili sensationum obtusione de iisdem tacere mallem, quam præstantissimis Amicis meis gravissimo eorum tædio illas patefacere. Sufficit causæ ac testimonia de iisdem jam ante oculos po„ sita sunt, „ & quam efficaces quoque animi intentiones fuerunt, „ Patriam nostram in fundamentali Constitutione sua læsam, ac „ ad summam usque afflictam una cum fidelibus ejusdem filiis siti„ entibus desideriis haud satiatæ vindictæ sacrificandi," nosque omnes tristissimæ sorti tradendi, tam fundata cum convictione sperare possumus, corda, omnibus nota magnanimitate, commiseratione, humanitateque repleta Justissimi Monarchæ, Magnique & Sapientissimi Regis Nostri, in anxiis circumstantiis nostris, minati „ periculi, solatium fortissimum haud recusatura, „ sed nos potius „ noxiæ potestati hostis manifesti" ereptura fore. Clementia, Justitia & Sapientia securum nobis præbent pignus conservationis nostræ, ac fundata cum fiducia ad Sacratum illum accedere possumus Thronum in quo summæ istæ atque eminentes affectiones „ Sceptra tenent. „ Ita in asperrimis persecutionibus, falsisque re„ præsentationibus adversariorum, innocentia palmam acquiritur," sicque nos longe optatam obtinemus occasionem, Libertates Juraque Patriæ nostræ in assecuratis testimoniis valida adinventa, ob„ luctatæ eripere dubitationi „ nosque ab effrena cordis Neronis „ sui similis potestate liberare." Quanta cum contentatione Honoratissimi Domini Fratres! in medio fortissimæ tristitiæ a loco hocce rursus discedere non possumus? cum, vos omnes in necessitatis infortunatæ Patriæ nostræ circumstantiis pro certa eliberatione honoris, libertatis & conscientiæ illam carpsistis viam, quæ nobis ad Patrium Cor Clementissimi Regis nostri solatii plenum aperit aditum.

Labores, quos pro cognito veſtro ac patriotico zelo de vero Patriæ commodo. Vos Honoratiſſimi Domini Deputati & Fratres! impavido pectore immutataque animi firmitare ſubiiſtis, immortalem non ſolum nominibus veſtris comparant gloriam, ſed vos quoque dignos magnorum Anteceſſorum Veſtrorum deſcendentes, verosque libertatis conſtituunt amatores. Ingenua cura, qua vos Honoratiſſimi Domini Diarii moderatores! negotium in Conventu hocce publico geſſiſtis, de veris hiſce pro Patria meritis firmiſſimum argumentum, mihi autem jucundam præbuiſtis occaſionem; vobis de eodem nomine Generoſi Ordinis Equeſtris ſtudioſiſſimos perſolvere poſſe gratias. Digni Patriæ amici! pergatis quæſo, feliciſſime trita iſta, imperterrita conſtantia, procedere via, omnem adhibeatis curam, cunctos Patriæ fideles filios glorioſis veſtris animare exemplis, meque ſemper iſta felicitate gaudere ſinatis, ut de veſtrorum omnium amicitia benevolaque recordatione gloriari atque aſſecuratus eſſe poſſem.

Ee.

ORATIO

Nuperrima Gen. de Brincken in illegaliter limitato termino Conventus, Die 17. Septembr. anni currentis habita.

Generoſi atque Honoratiſſimi Domini Fratres.

Pacta, leges & Conſtitutiones fundamentalia efficiant fulcra, quibus omnes liberi ſtatus conſtituuntur, quibusque ſecura eorum conſervatio fundatur.

Quam

Quam minus poſſibile eſt, ut maxima, præſtantiſſimaque mundi ædificia convenienti haud ſuppoſito fundamento ſubſiſtere queant, tam naturale probatumque eſt, ſtatum liberum, qui ſolummodo limitatis hiſce ſub conditionibus, præpollentem obtinet valorem ſuum in ipſa fundamentali Conſtitutione ſua conquaſſari debere, ſi eædem in vera inviolabilitate ſua infirmantur, & hoc modo omnia inter ordines ceu partes totius corporis principales aſſecurata pacta penitus tolluntur.

Quamdiu leges Conſtitutionesque valent & pacta ſubſiſtunt, quæ liberi ſtatus corporis veram efficiunt ſpeciem, & ex modo agendi Regentis erga Nobilitatem liberam, Iura, prærogativas & ſecuritatem conjunctorum ordinum cum debitis eorum officiis in æquilibrio connectunt, tamdiu ſtatus ædificium hocce extra omne periculum eſt.

Quam primum autem priores ſub Iure extorto, cum violatione partis alterius Leges ferentis inverti, vel plene mutari poſteriora autem, ceu eſſentiale fundamentum liberi ſtatus „mediantibus extravagantibus Regentis animi affectibus„ pro lubitu impleri vel rejici poſſunt, tunc illud ad totalem interitum ſe vidit paratum.

Ita & non aliter Fatum cum libero ſtatu procedit, qui tunc omni auxilio deſtitutus eſt, „ſi ab irato numine Regentem accepit.„ Contriſtata & prout notum eſt deſerta Patria noſtra de triſtibus hiſce eventibus veraciſſimum aſt moeſtiſſimum quoque præbere poteſt exemplum.

Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ diſpoſitio, quæ ſecundum naturam ſuam omnibus Patriæ membris non aliena eſſe poteſt, quæque Ordinibus ejus præſtantiſſimorum documentorum

rum vigore, certiſſimam aſſecurationem inæſtimabilis libertatis præſtat, conſervatione quidem ſuis in pactis fundamentalibus confirmata, à plusquam duorum ſæculorum ſpatio, ſub ſpectatiſſima protectione Sereniſſimi Supremi & directi Poloniæ Dominii frui, præſtantiſſimam obtinuit fortunam, & ipſe ejusdem Ordo Equeſtris ad libertatem natus, à Paterna cura & juſtitia Sereniſſimorum in glorioſiſſima memoria adhuc viventium Regni Poloniæ Imperantium eſſentialem contentationem illam nacta eſt, ut ſub reſtricta Ducis Regimine, pactorum, Legum Conſtitutionumque valor ſollicite fuerit aſſervata. Aſt quam infortunatum & triſte præſens non eſt temporis punctum, quod jam in Patria noſtra dominatum obtinuit? Quid nobis pacta? quid leges? quid ordinationes juvant? nil niſi vana de omnibus textura relictum eſt, & noſtra, quæ hucusque ſubſtitit, ſtatus Diſpoſitio, quæ adverſis hiſce ſub circumſtantiis ad primum usque fundamentum ſuum conquaſſata eſt, extremo periculo manet expoſita penitus infringi, „ac deſpoticæ poteſtati intempe-„ſtivi & obſtinati illimitate imperantis immolari.„ Ad ea proh dolor! patria noſtra redacta eſt! Regens Princeps noſter territorialis, cujus Superioritas, Dignitas, Juraque per Pacta aliaque Patriæ documenta ſplendorem ſortiuntur & valorem. quique ſub obtenta hacce victoria, laureaque à Sereniſſimo Supremo ac Directo Dominio deſuper reportata demum ceu Caput liberi Ordinis Equeſtris ſeſe oſtendere poteſt, omnem adhibet operam hiſce egredi limitibus, & modo jam ſibi propoſito horum Ducatuum Regimen „ita inſtituere tendit, ut memoria pactorum cum „Ordine Equeſtri confectorum cum in totum extingui, ac e con-„trario Nobilitas libera nata, legibus pro libitu determinatis „ordinationibusque ſuis cum ſummo labore partis, beneque de-„ductis Juribus ac libertatibus privari debeat.„ Probationes infelicis veritatis hujus mihi non deficiunt, quæ tam in citatione, quam aliis ſcriptis publicis abunde collectæ exiſtunt. Brevitatis

vitatis cauſa ad easdem me unice refero, & citationes ipſæ mihi ceu legitime electo pro nunc Deputatorum Mareſchalco, cunctis Diſtrictuum Deputatis, aliisque Dignis Dominis Fratribus noſtris, noxias Principis hujus intentiones produnt quæ ad communem tendunt perniciem, & prætera à Patriæ membris, qui Legum cuſtodes eſſe prætendunt, contra conſcientiam, Juramenta, & officia ſuffulciuntur.

„Infelix, proditaque Curlandia! qua in ſinu ſuo venenum „aculeumque celare debet!„

Generoſi atque Honoratiſſimi Domini Fratres! tametſi, tantæ ſint afflictiones noſtræ, ut quibusvis ingenuis Patriæ amicis doloroſiſſimas excitent ſenſationes, & licet duram ſane illam experiri debeamus ſortem, ut integerrimis & à proprio commodo quam longe remotis laboribus noſtris, „à malitia inimicorum „noſtrorum, nocentiſſima obiiciantur impedimenta„ nosque remunerationis loco, acerbiſſimis exponamur perſecutionibus, minime tamen deſperamus, ſed ſumma cum fiducia in matris gremio ſecuritatem eliberationemque quæramus, quam quoque Juſtiſſimus atque ſapientiſſimus Rex nobis conceſſurus eſt. Sacratus maximi & optimi hujus Monarchæ Thronus, qui regias promiſſiones & aſſecurationes Sereniſſimorum in Regno prædeceſſorum, Curlandiam atque Semigalliam circa pacta primævæ ſubjectionis clementiſſime conſervare, ac contra omnem immeritam perſecutionem in Regiam ſuam aſſumere protectionem, pro unica eliberatione noſtra clementiſſime adimpleturus eſt, ſecurum eſt aſylum populi oppreſſi quidem, aſt pro libertate nati.

Ideoque in communi adverſitate, quam infimus quoque ordo ad ſummum usque deſperationem ſentit, ad illum fiducia pleni accedere, & tute ſperare poſſumus, fore, ut ſub umbra alarum Juſtitiæ atque Clementiæ, protectionem inveniamus atque auxilium.

Via jam trita & plenarie parata eſt, quam hucusque „ars „commodi proprii & ſimulatio præcludere exoptatam habuit oc-„caſionem.„ Libere

Libere confiteor, & omnes recte ſentientes Patriæ amici ipſi agnoſcent, quod ſub propoſito inſtituto illimitate Regiminis, Privilegia & Jura Patriæ violentur, legesque fundamentales & Cardinales infringantur, dum Jura etiam competentia Ordinis Equeſtris, actus ſuos Conventuum publicorum, in triſtibus hiſce Patriæ circumſtantiis unilateraliter quoque continuare poſſe, non ſolum dubiis ſubiiciantur, ſed variis ingenioſis tentaminibus ſubtiliſſimisque artificiis illicito modo turbari tententur.

Omnes factæ nobis à Parte adverſa inculpationes fundamento plane ſunt deſtituta & conſcientia mea tam pura eſt, quam etiam convictus ſum, me ſecundum concreditam mihi à Diſtrictibus meis plenipotentiam, & in legitime obtenta Dignitate Deputatorum Mareſchalci, nil ultra intendiſſe, quam Patriæ meæ Jura defendere.

Hæc etiam pro nunc juſtificatiſſima ulteriorum conaminum meorum norma erit, meque ipſum pro notho integerrimorum antecesſorum meorum reputarem, ſi in glorioſiſſima tam ſpectabilis Ordinis Equeſtris aſſiſtentia à debito Officio meo recederem, quod nativitas, honor & libertas mihi injunxit.

Neutiquam in glorioſa hac vocatione nullus me ſupprimere valet metus, ſed potius rara eſt magna Digniſſimorum Fratrum meorum Conſtantia, quæ ad Conventum huncce publicum pro obtinentis Nobilitatis Juribus & libertatibus ſuis Deputatos miſerunt, imprimis excitabor, dignitatem hancce in Congregatione Conventus publice iterum capeſſere, patriæque meæ debita præſtare ſervitia.

Omnia hæcce læto impavidoque animo fiunt, cum in Vobis omnibus Honoratiſſimi Domini Fratres, immutatam imaginem dignorum integerrimorumque Patriotarum aſpicio, qui zelo, animi firmitate imperterritoque pectore & conſtantia feræ poſteritati æternum præſtantiſſimorum ſuorum erga patriam meritorum ponunt monumentum.

No.



Sereniſſime ac Potentiſſime Rex
Rex ac Domine longe Clementiſſime!

Quæ Sacra Regia Majeſtas Veſtra & Sereniſſima Reſpublica per Conſtitutionem Comitiorum feliciter peractæ Coronationis pro ſumma ac nunquam ſat veneranda Juſtitia Sua in rebus Curlandicis ſtatuerat, nullum relinquere potuerunt dubium, quin hi, qui hactenus non ſolum juribus meis adverſati fuerant, ſed & contumelioſis ſuis ſcriptis aliisque modis me laceſ-

Allerdurchlauchtigſter Großmächtigſter König,
Allergnädigſter König u. Herr!

Die Verfügungen, welche die höchſte und nie genug zu verehrende Gerechtigkeit Ew. Königl. Majeſtät und der Durchl. Republick, durch die Conſtitution des glücklich vollbrachten Krönungsreichstages, in den Curländiſchen Angelegenheiten, zu machen geruhet, konnten keinen Zweiffel übrig laſſen, daß diejenige, welche bisher nicht allein meinen Rechten zuwider geweſen, ſondern mich auch durch Schmähſchriften, und ſon-

cesserant & neque amplissimi Senatorii nec Equestris Ordinis admonitionibus redigi potuerant, tandem summa Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ ac omnium Ordinum authoritate ad debita sua reducerentur, ac pacata statim sub initio Gloriosissimi Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ regni tota Polonia, Curlandia quoque hac felicitate potiretur, sed pejora omnia evenerunt.

Posteaquam favente Numine divino in Ducatus meos redire mihi licuit, statim de eo sollicitus fui, ut omnia, quæ mihi cum Generoso Ordine Equestri intervenire possent, in ordinem redigerentur. Acta Conventuum publicorum & quæ conjunctim cum Gen. Ordine Equestri conclusa sunt, edocent, non solum factum hoc esse, sed quod ratione Desideriorum Generosi Ordinis Equestris cum magno sæpius jurium meorum præjudicio facillimum me præbuerim. Gratam vicissim & Officiorum memorem expertus sum Nobilitatem; Homagium mihi præstitit; & conjunctim mecum pro meis suisque juribus tuendis ac omnium adversariorum sinistris insinuationibus removendis Delegatum Generosum Ottonem Ernestum de Medem Camera-
rium

sonsten anf andere Art beleidiget, auch weder durch die Anmahnungen des Erl. Senats noch des Ritterstandes bewogen werden können, endlich durch die höchste Authorität Ew. Königl. Majestät und aller Stände des Reichs, zu ihren Pflichten zurückgebracht werden würden, und so wie gleich beym Anfange Ew. Königl. Majestät glorreichesten Regierung, ganz Pohlen beruhiget worden, auch Curland dieses Glücks theilhaftig werden dörfte; es ist aber alles noch schlimmer geworden.

Nachdem ich durch göttl. Gnade in meine Herzogthümer zurückgekommen, bin ich gleich darauf bedacht gewesen, daß alles, was zwischen mir und E. W. R. und Ldschft. abzumachen wäre, in Ordnung gebracht würde. Die Landtags Verhandlungen und was sonsten von mir mit E. W. R. u. Ldschft. gemeinschaftlich beschlossen worden, beweisen hinlänglich, daß nicht nur dieses geschehen, sondern daß ich auch dem Anverlangen E. W. Ritter und Landschaft so gar öfters zum grösten Nachtheil meiner eigenen Rechte, nachzugeben mich beflissen. Es hat sich aber auch die Ritterschaft dankbar und ihrer Pflichten eingedenk bewiesen, sie hat mir den Eyd der Treue geleistet, und mit mir gemeinschaftlich. zu Beschützung meiner und ihrer Rechte, und zur Hintertreibung aller feindlichen falschen Vorstellungen, dem Wohlgeb.
Otto

rium Regium & Equitem S. Annæ Ordinis Varsaviam miserat; ultimus quoque a me indictus Conventus publicus extraordinarius non alia ex causa usque ad diem quintam Martii, anni currentis, limitatus fuit, quam ut Generosi Deputati de Declaratione mea ad Gravamina nonnulla quæ proposuerant in Districtibus suis referre possent.

Eodem fere tempore Comitia felicissimæ Coronationis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ finiebantur; hi, qui infensum suum erga me animum tot modis comprobarunt, cum per ea, quæ in iisdem Comitiis sancita fuerunt, ac post emanatum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Mandatum de obedientia mihi exhibenda, quo ipso Homagii detrectatio illis exprobrata, jam viderent, se juribus meis in facie Supremi ac Directi Dominii obloqui impune non posse, alia excogitarunt media, quibus affectibus suis inveteratis tutius indulgere occasionem haberent. Cum antea Conventibus minoribus Districtuum non interfuissent, jam in his qui pro relatione Conventus publici limitati celebrabantur, comparuerunt, & sub specie quasi sancitis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ ac Serenissimæ Reipublicæ satisfacere
&

Otto Ernst von Medem, Königl. Kammerherrn und Ritter des St. Annenordens, als Delegirten nach Warschau abgeschickt, wie denn auch der letzte, von mir angesetzte ausserordentliche Landtag, aus keiner andern Absicht bis zum 5ten März, des jetztlauffenden Jahres limitiret worden, als damit die Wohlgeb. Deputirte, von meiner Declaration, auf einige Gravamina ihren Kirchspielen Bericht abstatten könnten.

Fast um dieselbe Zeit, wurde der auf die glücklichste Krönung Ew. Königl. Majestät folgende Reichstag geendiget; da nun diejenige, welche ihre feindselige Gesinnungen gegen mich, durch so viele Proben an den Tag geleget, nach dem, was auf diesem Reichstage festgesetzet worden, und nach dem von Ew. Majestät ertheilten Mandato obedientiæ, in welchem ihnen die Weigerung des Eides empfindlich verwiesen worden, sehr wohl einsahen, daß sie meinen Rechten, denen oberherrschaftlichen Verfügungen offenbar zuwider, nicht ungestraft widersprechen könten, so haben sie andre Mittel ausgedacht, durch welche sie ihren eingewurzelten Neigungen sicherer ein Genüge zu leisten Gelegenheit bekämen. Da sie vorhero den Kirchspielsversammlungen nicht beygewohnet, so sind sie nunmehr in denjenigen, die zur Relation des limitirten Landtages gehalten worden, erschienen, und haben unter dem Schein, als wenn
sie

& mecum componere vellent id effecerunt, ut plurimi Districtus ex eorundem numero Deputatos ad Conventum publicum limitatum Mitaviam miserint.

Cum igitur in termino limitato die quinta Martii convenerunt Deputati, statim apparuit pluralitatem votorum apud illos esse, qui homagium mihi nondum præstiterunt, cujus primus effectus fuit, ut ex eorum numero Mareschallus Deputatorum electus fuerit, qui in oratione sua habita acerrimas de læsis Nobilium prærogativis, de conquassatis juribus fundamentalibus & de minantibus catenis jugi æterni servitii exclamationes protulit, de quibus omnibus ante hac in conventibus publicis nihil auditum fuit.

Curialia usitata mihi exhibere primo sub prætextu, quasi in Conventibus limitatis non moris esset, noluerunt, tandem prævia annunciatione, quod absque solennibus ea præstare vellent, ocreati & vestibus viatoriis partim induti ac cum manicis villosis coram me comparuerunt, & quo melius demonstrarent, se non exhibendæ mihi reverentiæ causa advenisse, id per orationem, quæ tamen omissis solennibus omitti quoque de-

sie den Verordnungen Ew. Königlich. Majestät und der Durchl. Republick, ein Gnüge leisten, und sich mit mir vergleichen wollten, zu Wege gebracht, daß die mehresten Kirchspiele, aus ihrer Zahl Deputirte zum Landtage nach Mitau geschicket.

Da nun die Deputirte in dem limitirten Termin, den 5ten März zusammen kamen, ergab sichs so gleich, daß die Mehrheit der Stimmen bey denen wäre, welche mir noch nicht gehuldiget. Die erste Würkung hievon war diese: daß aus ihrem Mittel, ein Landtagsmarschall gewählet wurde, der in seiner gehaltenen Rede, die härtesten Ausrufungen, von verletzten Vorrechten des Adels, gescheiterten Grundgesetzen, und drohenden Ketten einer ewigen Sklaverey, hören lassen, von welchem allen in den vorigen Landtägen nichts gedacht worden.

Sie weigerten sich zu Anfange, die gebräuchliche Curialien abzulegen, unter dem Vorwande, daß solches bey limitirten Landtägen nicht gebräuchlich wäre, endlich erschienen sie vor mir, nach vorgängiger Erklärung: daß sie solche ohne Solennitäten abstatten wollten, in Stiefeln, mit Muffen und Reiseröcken, und zum desto deutlicherm Beweise, daß sie nicht zu Bezeugung ihrer Devotion gekommen, gaben sie solches durch eine Rede, welche doch bey Weglassung der Solennitäten, auch hätte weg-

fal-

debuisset, ediderunt, utpote in qua nec mentio mei facta fuit.

Primum id obierunt negotium, ut Ablegatorum ex Conventiculis Generosorum de Howen regii conclavis secretioris Ministri, & de Mirbach Camerarii, contra quos tamen mecum instruxerat Generosus Ordo Equestris in Conventu publico anno præterito Mense Januario celebrato, quorum non minus qualitatem quam navatas operas improbaverat Sacra Regia Majestas Vestra & Serenissima Respublica, relationem publice reciperent; Ex rumore hoc ad me perferebatur, hinc per Consiliarios meos sciscitari feci, sub quo titulo referens admissus fuerit, quæ contenta relationis essent, & an eam Diario inserere vellent? Sed inexspectatam prorsus accepi responsionem, quod nimirum in modo suarum deliberationum a nemine regulas sibi præscribi nec cuiquam rationes desuper reddere tenerentur, quodque acta conventus publici, antequam vim publici juris consecuta essent, nulli communicare possent. Quo certior est, juxta Formulam Regiminis conventus publicos non nisi a me indictos & sub auspiciis meis celebrari posse, & rationem, cur conventicula prohi-

fallen müssen, zu erkennen, als in welcher nicht einmal meiner gedacht worden.

Ihre erste Beschäftigung war, daß sie den aus heimlichen Versammlungen abgeschickten Wohlgeb. Cabinetsminister von der Howen, und Kammerherrn von Mirbach, wider welche doch E. W. R. und Edschft. auf dem im Januar vorigen Jahres, gehaltenen Landtage, mit mir zugleich instruiret, und deren Qualität so wohl, als ihre angewandte Bemühungen, Ew. Königl. Maj. und die Durchl. Republik gemißbilliget, ihre Relation öffentl. abnahmen. Es wurde mir dieses durch das Gerücht hinterbracht; ich ließ dahero durch meine Oberräthe nachforschen, unter welchem Carakter der Referent aufgenommen worden, was in der Relation enthalten, und ob sie selbige zum Diario bringen wollten? ich erhielte aber eine ganz unerwartete Antwort, daß sie nemlich nicht gehalten wären, in der Art ihrer Berathschlagungen, von jemand Vorschriften anzunehmen, noch irgend jemand davon Rechnung abzulegen, und daß sie die Landtags-Verhandlungen ehe sie vim publici juris erhalten, Niemanden bekannt machen könnten. Je gewisser es ist, daß nach der Formul. Regim. die Landtäge nicht anders als nach meiner Ansetzung und unter meiner Aufsicht gehalten werden können, und daß die Ursache, warum heimliche

Zu-

hibita sint, in eo ipso consistere, ne quid me inscio in causis publicis agatur, eo meliori jure postulata mea iterabam; sed non intermiserunt eo usque putativis Juribus suis insistere, ut justissimam Regalium meorum adsertionem cum ignominioso nomine attentati notare non veriti sint, & quamvis, ut directam responsionem evitarent indecenti modo ad Adjuncta Diarii simul remiserint Consiliarios meos, id ea ex ratione, quia jam vim publici juris nacta essent, se fecisse indigitarunt.

Prout ex Diario ejusque Adjunctis manifesto patet, quod, quæ diserte asserere ausi non sunt, revera tamen effectui dederint, & quod Ablegatos ex Conventiculis illicito plane modo admiserint, sic e contrario mei & Generosi Ordinis Equestris ex Conventu publico Delegati Generosi moderni Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Consiliarii Intimi & Equitis St. Annæ Ordinis de Medem scripto confectam relationem recipere sub prætextu, quod ipsemet præsentem se non stitisset, recusarunt.

Pari modo & Generosum Camerarium de Heyking contra quem me-

Zusammenkünfte verboten worden, blos darinnen bestehe, daß nichts ohne mein Wissen, in öffentlichen Geschäften vorgenommen werde, mit desto grösserem Rechte wiederholte ich meine Anfragen, sie unterliessen aber nicht, auf ihre vermeintliche Rechte, so weit zu bestehen, daß sie sich nicht gescheuet, den gerechtesten Gebrauch meiner Regalien, mit dem schimpflichen Namen eines Attentats, zu belegen, und ob sie gleich, zur Vermeidung einer eigentlichen Antwort meine Oberräthe zugleich auf eine ungeziemende Art, auf die Beyl. des Diarii verwiesen, so haben sie doch dabey angezeiget, daß sie es aus der Ursache thäten, weil solche schon vim publici juris erhalten hätten.

So wie es aus dem Diario und dessen Beyl. dentlich erhellet, daß sie dasjenige in der That ausgeführet, was sie zu bejahen sich nicht erkühnet, und daß sie die Abgeschickten aus unrechtmäßigen Zusammenkünften, auf eine ganz unerlaubte Art zugelassen, also haben sie im Gegentheil die schriftliche Relation meines und E. W. R. und Landschft vom öffentl. Landtage Delegirten, des Wohlgeb. jetzigen Geheimenraths, und Ritters des St. Annenordens, von Medem, unter dem Vorwande, daß er sich nicht persönl. gestellet, anzunehmen sich geweigert.

Auf gleiche Art haben sie den Wohlgeb. Kammerherrn von Heyking, wider

mecum Ordo Equestris in Conventu publico anni præteriti Delegatum de Medem additionaliter instruxerat, & qui ob id ipsum a summo Confœderationis generalis judicio condemnatus fuerat, quod manifestatione sua illicita Statum publicum perturbare ausus fuerat, ratione istius negotii ipsi commissi publice admiserunt, & putativam ab illo justificationem præfatæ manifestationis, vel potius oblocutionem contra Decretum adversus illum latum receperunt, immo Generosus de Howen, qui ipsemet nedum quidem placitis Supremi ac Directi Dominii satisfecit, Delegatum suum apud Sacram Regiam Majestatem Vestram constituerunt, ut verba pro illo faceret. Ulterior adhuc temeritas illorum processit; sub prætenso enim nomine Corporis Gravaminum eique adjunctorum deductionum, Generosis Consiliariis meis porrexerunt propositiones, quæ antea in libellis reprobratis jam sæpius contra jura mea in hos Ducatus allegata erant. Impugnarunt Pacta Gedanensia in fundamento Constitutionis A. 1736. per Commissarios Sacræ Regiæ Majestatis & Serenissimæ Reipublicæ mecum inita, & non veriti sunt de eo conqueri, quod jussu Confœderatorum Ordinum Constitutioni Con-

der welchen E. W. R. u. Ldschft. mit mir zugleich auf dem Landtage vorigten Jahres den Delegirten von Medem aditionaliter instruiret, und welcher eben darum von dem höchsten Generalconföderationsgerichte verurtheilet worden, daß er durch seine unerlaubte Manifestation, Unruhen im Staate zu erregen gesucht, wegen dieses ihm aufgetragnen Geschäftes, öffentlich angehöret, und seine sogenannte Rechtfertigung gedachter Manifestation, oder vielmehr eine Widerrede gegen das, wider ihn gefällte Decret angenommen, ja den Wohlgeb. von Howen, welcher selbsten noch nicht den Verfügungen der höchsten Oberherrschaft, ein Gnüge geleistet, zu ihren Delegirten bey E. Majestät bestellet, daß er zu seinem Vortheil reden sollte. Ihre Verwegenheit ist noch weiter gegangen, sie haben unter dem angegebenen Namen eines Corporis Gravaminum und beygefügter Deductionen, meinen Wohlgeb. Oberräthen Propositiones überreichet, welche vorhero schon öfters in verworffenen Pieçen, wider meine Rechte auf diese Herzogthümer, angeführet worden. Sie bestreiten die im Fundament der Constitution von Anno 1736. durch Commissarien Ihro Königl. Majestät und der Republick, mit mir geschlossene Danziger Verträge, und scheuen sich nicht, sich darüber zu beschweren, daß sie auf Befehl der vereinigten Stände, der-

Convocationis inserta fuerint, quamvis per nuperrimam Comitiorum felicissimæ Coronationis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Constitutionem gratiosissime declaratum sit, ut si in iisdem Pactis aliquid contineretur, quod juribus Nobilitatis contrarium foret, istud nunquam eis præjudiciosum esse deberet; manifesto indicio, non quod suorum jurium quadam læsione sed meorum indubitata assertione afficiantur; reprobarunt modum collatæ mihi Investituræ, de quo sat providerat Sac. Reg. Majest. Vestra & Sereniss. Respublica, quasi illis de hoc denuo judicare competeret vel quasi Commissio Sacræ Regiæ Majestatis & Serenissimæ Reipublicæ de Anno 1717. juri Majestatico Supremi ac Directi Dominii ita præjudicare voluisset, ut circa modum & solennia collationis Feudi non nisi cum præscitu Nobilitatis statuere aliquid posset.

Hæc ac plurima reliqua sic nominata Gravamina, quæ in omnia alia ivere, quam quæ antehac cum Generoso Ordine Equestri in Conventibus publicis composita ac tractata fuerant, & de quibus prævidere sat poterant, me desuper in summam Jurium Majestaticorum non minus ac meorum præjudicium committere non posse ut & deductiones adjunctas arroganti plane & injurioso erga me stilo adornarunt, nullum petitum adjectum sed coronidis loco indigitarunt, se prius ad Homagium non teneri, quam per Consiliarios Supremos meos de prætensis eorum allegatis veriloquiis convictus fuerim, & desuper declarationem convictioni tali conformem dederim.

der Constitution des Convocationsreichstages, einverleibet worden, obgleich durch die neuerliche Krönungsreichstags-Constitution, allergnädigst erkläret worden, daß wenn in diesen Pactis etwas enthalten, was den Rechten des Adels zuwider wäre, dieses ihnen niemahls nachtheilig seyn solle; zum offenbaren Beweise, daß nicht irgend eine læsion ihrer Rechte, sondern die unzweiffelhafte Festsetzung der meinigen ihnen nachgehet. Sie verwerfen die Art meiner Belehnung, derenwegen Ew. Königl. Majestät und die Durchl. Republick, hinlängliche Verfügungen gemacht, gleich als ob es ihnen zustünde darüber von neuem zu urtheilen, und als ob die Commißion Ihro Königl. Majestät und der Durchl. Republick, von 1717. denen Majestätsrechten der höchsten Oberherrschaft so sehr präjudiciren wollen, daß sie bey der Art und denen Solennitäten der Belehnung, nichts ohne Vorwissen des Adels festsetzen könte.

Diese und die mehresten andern sogenannte Gravamina, welche von allem abgiengen, was vorhero auf denen Landtägen mit einer W. R. und Landschft. verglichen und verhandelt worden, und von welchen sie leicht zum Voraus sehen konten, daß ich mich darüber nicht zum höchsten Nachtheil der Majestäts und meiner eigenen Rechte einlassen würde, haben sie eben so wie die beygefügte Deductiones in einer trotzigen und für mich beleidigenden Schreibart abgefasset, kein Petitum beygefüget, sondern noch zum Beschluß hinzugesetzet, daß sie nicht eher zur Huldigung gehalten wären, als bis ich durch meine Oberräthe von ihren vorgegebenen Warheiten überzeuget worden, und darüber eine dieser Ueberzeugung gemässe Erklärung gegeben.

Consiliarii Supremi antequam prætensa hæc Gravamina mihi exponerent admonuerunt eos, ut de illis desisterent, ac nihil susciperent, quod juribus ac sancitis Supremi ac Directi Dominii non minus quam obsequio & reverentiæ mihi debitæ contrarium esset, ut potius deliberationes suas pro bono publico juxta præscripta hactenus in Conventibus publicis conclusorum ac eorum ob quæ ultimus conventus usque ad præsens tempus limitatus esset, dirigerent, sed frustra eorundem opera fuit collocata.

Cum itaque Consiliarii Supremi dicta prætensa Gravamina ad me retulissent, satis perspexi, me non cum Generoso Ordine Equestri sed cum iis rem habere, qui non solum antehac juribus meis adversati fuerant, verum etiam neque Supremi ac Directi Dominii sancitis redigi potuerunt. Indignum prorsus fuisset, si de juribus meis a Sacra Regia

Die Oberräthe haben, ehe sie diese vorgegebene Gravamina mir vorgeleget, sie erinnert, daß sie davon abstehen, und nichts vornehmen möchten, welches denen Rechten und Verordnungen der höchsten Oberherrschaft sowohl, als dem mir schuldigen Gehorsam und Ehrerbietung, zuwider wäre, sondern daß sie vielmehr ihre Berathschlagungen zum gemeinen Besten nach Vorschrift der bisherigen Landtagsverhandlungen, und desjenigen, weswegen der letzte Landtag bis jetzt limitiret worden, einrichten möchten; es ist aber ihre Bemühung vergebens gewesen.

Da nun die Oberräthe vorgedachte vermeintliche Gravamina mir unterleget, sahe ich zur Gnüge ein, daß ich nicht mit E. W. R. und Ldschft. sondern mit denjenigen zu thun hatte, die nicht nur bisher meinen Rechten zuwider gewesen, sondern auch nicht durch die Verordnungen der höchsten Oberherrschaft, zu ihrer Pflicht gebracht werden können. Ich hielte es für unan-

gia Majestate Vestra & Serenissima Republica extra omnem dubitationis aleam positis verba cum perfractariis fecissem; itaque per Consiliarios meos declaravi, quod rebus sic stantibus Conventum publicum cum illis celebrare non possem & quod de læsis meis Regalibus ac Juribus ac de illatis mihi gravissimis injuriis apud Supremum ac Directum Dominium contra authores attentatorum commissorum & complices conquererer.

Non contenti de hoc, quod sub nomine Generosi Ordinis Equestris sibi directorium huius Conventus publici arrogassent, Consiliarios Supremos quoque a debitis juramenti & Officiorum suorum erga Sacram Regiam Majestatem, Serenissimam Rempublicam ac me avellere conati sunt, eosque ut causam communem in prætensis illorum Gravaminibus contra me facerent, invitarunt; cum vero hi ad quæsita non juxta vota illorum respondissent Manifestationem ac Protestationem factis illorum per totum Conventum publicum contrariam conscribi curarunt, quod nimirum restitutionem quietis patriæ & concordiæ inter membra ejusdem, nec non conservationem suorum jurium & libertatum tantum intendissent, & de imputatis illis attentatis & at-

ständig, daß ich wegen meiner Rechte die von Ew. Majestät und der Durchl. Republick ausser allen Zweiffel gesetzet worden, mit Widerspenstigen streiten sollte, ich erklärete also durch meine Oberräthe: daß ich bey sogestalten Sachen mit ihnen nicht landtagen könte, und daß ich meine lädirte Regalien und Rechte sowohl, als die mir angethane schwere Beleidigungen wider die Autores und Mitschuldige der begangenen Attentaten bey der höchsten Oberherrschaft vindiciren würde.

Anno 1763. die 11da Maji requirebat Personam & officium Secretariatus & Notariatus publici meum Illustrissimus Princeps ac Dominus Ernestus Joannes in Livonia, Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynasta in Silesiâ, Liberi Baronatus Wartenberg, Bralin & Goschütz &c. &c. & postquam pro debito officio meo comparui, Celsitudo sua Ducalis in parata copia mihi exposuit. Quatenus Eadem summo cum animo dolore comperta esset, quod per Resultatum S. C, Varsaviæ mense Martio anni currentis celebrati durissima quæque contra Celsitudinem suam decreta fuerint, siquidem juxta illud, omisso plane titulo ducali Celsitudini Suæ competenti, Generosis Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ Instigatoribus injunctum esset, ut eandem tanquam Comitem Biron ex titulo possessorum in Curlandiæ & Semigalliæ bonorum citari faciant, pro eo quod Celsitudo Sua Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ cum auxilio militis extero impetere, ibidemque nobilitatem in partes suas trahere, ac fidem iuramento adstrictam frangendam vi militis exteri adigere, ac ad alios temerarios contra Sacram Regiam Majestatem, Rempublicam & Serenissimum Principem Regium Ducem Carolum, actus perpetrandos illata violentia cogere, Rescriptorum Sacræ Regiæ Majestatis inaudito ausu dilacerationem causare, ac per hæc & alia hujusce modi innumera multiplicia attentata, Majestatem ac supremum Reipublicæ Dominum lædentia, perpetrare ausa esset, & præsumsisset. Cum durus hic procedendi modus, eique junctæ inculpationes sinistris contra Celsitudinem suam præjudiciis facillime ansam præbere possent; hinc universo publico & imprimis Serenissimæ Reipublicæ Poloniæ, cujus membrum juxta pacta inita & subsecutam investituram esse, Celsitudo sua honori sibi duceret, sequentia ad considerandum proponere necessitate adacta fuisset.

Juxta §phum 270mum Constitutionis Comitiorum Pacificationis extraordinariorum de Anno 1736 Suæ Regiæ Majestati post obitum Ducis Ferdinandi, Alii cum Successoribus suis ma-

sculis

fculis Inveftituram Ducatus Curlandiæ juxta practicatum in fimili modum conferre poteftas a Sereniffima Republica, Suæ Regiæ Majeftati data fuiffet, ut vero hoc eum pleno Reipublicæ commodo & cum folidiffima confervatione unionis hujus Ducatus cum Republica fieret, ad hoc negotium pertinentia non foli Sacræ Regiæ Majeftatis curæ Sereniffima Refpublica commififfet, fed Commiffionem jam Anno 1727 in Curlandiam delegatam ad hunc actum prorogaffet, illique authoritatem tribuiffet ut conditiones Principi inveftiendo formaret. Pofteaquam anno fubfequente 1737. deceffus ftirpis Kettlerianæ per obitum pie defuncti Ducis Ferdinandi contigiffet. Sua Regia Majeftas in fundamento Conftitutionis allegatæ, de Anno 1736. Illuftriffimam Celfitudinem fuam nonfolum ad defideria & Supplicationes Nobilitatis Curlandiæ fed & ob fingularia erga Sacram Regiam Majeftatem merita, per Diploma provifionale de dato Frauftadii die XIII. menfis Julii Anno 1737. in Ducem Curlandiæ & Semigalliæ creaffet. Pari modo Commiffio ad id prorogata in fundamento conftitutionis de Anno 1736. nomine Sacræ Regiæ Majeftatis ac Sereniffimæ Reipublicæ Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ de conditionibus feudi cum illuftriffima Celfitudine fua Dantisci de 12ma Novemb. 1737 conveniffet, infimulque nomine Sacræ Regiæ Majeftatis & Reipublicæ firmiter pollicita effet, fidemque dediffet Sacram Regiam Majeftatem & Rempublicam Celfiffimum Ducem ejusque Heredes feudi, efficaciter protecturas & in pacifica poffeffione, difpofitione & facultate ufusfructus feudi plenarie percipiendi afferturas effe. Pofthæc anno 1739, actualis inveftitura fubfecuta effet, ad quam Celfitudo Sua, prævia difpenfatione regia, juxta modum in fimili, cum plerisque anterioribus Curlandiæ Ducibus practicatum, Cancellarium fuum generofum Hermannum Chriftophorum Finck de Finkenftein ablegaffet, Diploma quoque Inveftituræ Anno 1739 pluribus evinceret, quatenus Celfitudo fua ejusdemque mafculi Defcendentes, datis Reverfalibus fuis & conditionibus in Conventione Gedanenfi authoritate Reipublicæ a Commiffione expreffis ac Diplomati infertis, a Sacra Regia Majeftate in Vafallum, Principem fiduciarium & membrum Regni Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ juxta omnia priorum Curlandiæ Ducum jura & prærogativas effet recepta. Quodfi merita illa Illuftriffimæ Celfitudinis Suæ a Sacra Regia Majeftate erga Eandem & Sereniffimam Rempublicam clementiffime laudata Eidem ampliffimos honores Vafalli & Feudatarii Principis, Sacræ Regiæ Majeftatis atque membri Regni conciliaffent, certiffimum effet, Illuftriffimam Celfitudinem fuam, & pofthac omne adhibuiffe ftudium, ne exfpectatio illa redderetur fruftranea, quæ ab Eadem ceu fideli Vafallo & Reipublicæ membro, fecundum ftrictiffimam obligationum fuarum interpretationem fperare potuiffet, & perpeffæ calamitates fubmiffimam devotionem, quam erga Sacram Regiam Majeftatem & Sereniffimam Rempublicam Celfitudo fua in corde foviffet, tollere unquam voluiffent. Cafus adverfi quos Illuftriffima Celfitudo fua fubiiffet, omnibus noti effent, infimul vero & hoc quod beatiffima jamjam Imperatrix Elifabetha ftatim fub initio gloriofiffimi Regiminis fui, declaraffet fata a Illuftriffima Celfitudine Sua experta immerita, Eamque ipfam innocentem effe. Neminem quoque fugeret, Suam Regiam Majeftatem & Proceres Regni fimilem de Eadem foviffe fententiam, eodemque ex fundamento fæpius pro eliberatione Celfitudinis Suæ in aula Ruffica negotiatum effe, Anno MDCCLVIIImo fatalis illa incidiffet epocha, ubi Sacra Regia Majeftatas eodem clementiffimo atque antea erga Celfitudinem Suam animo effe defiiffet, & ubi, neque refpectus meritorum & fideliffimæ Celfitudinis Suæ erga Suam Regiam Majeftatem & Sereniffimam Rempublicam devotionis, neque juftiffima confideratio, Principi tot immeritis jam afflicto fatis minime novas addendum effe afflictiones avertere voluiffet, quominus Sacra Regia Majeftatas ut Principi, Filio fuo Regio, Carolo Ducatibus Curlandiæ & Semigalliæ profpiceret, Celfitudinem fuam omnibus juribus in memoratos Ducatus Eidem competentibus privare cum animo ftatutum habuiffet.

Hunc in finem fua Reg. Majeftas confilia hac de re fua primo aulae Imperiali Ruffica communicaffet, quamvis vero Excel-

Excellentiſſimus Supremus Imperii Cancellarius Woronzow, ad Mandatum Sacræ Imperialis Majeſtatis in literis ſuis reſponſoriis negotium iſtud hac removere voluiſſet, repræſentatione verendum eſſe, ne materia iſta de novo Curlandiæ Duce eligendo, in dubio & bellicoſo tunc temporis rerum ſtatu propoſita, majoribus conturbationibus, ſiniſtris dijudicationibus, ac in Republica Polonia ipſa variis ſuſpicionibus anſam daret, ideoque de ea re in futuro pacificationis negotio tractari conſultiſſimum eſſe: ultro tamen res agitata fuiſſet, & negotium illud Curlandiam tangens, quamvis nulla de eo mentio in univerſalibus pro Comitiis anni ejusdem MDCCLVIII. facta, nihilominus ad ſubſecutum S. C. relatum fuiſſet. Hanc vero materiam neutiquam objectum deliberationum S. C. eſſe potuiſſe, in regni potius Comitiis a tota Republica dijudicari debuiſſe, ſat inde pateret, quod Curlandia nunquam ſolius Throni regii ſed & univerſæ Reipublicæ Poloniæ feudum fuiſſet, prout etiam in nullo negotio ſtatus, Curlandiam tangente, Reges quidquam absque totius Reipublicæ ſuffragio conſtituiſſent, quidquod Sacr. Reg. Majeſt. Sua in Pactis conventis §pho LVIIIvo conjunctim cum Republica curas ſuas ratione Curlandiæ impendere ſolemniter ſpoſpondiſſet. Quodſi autem his opponeretur, Sacram Regiam Majeſtatem tenore Conſtitutionis de Anno MDCCXXXVIto poſt ſtirpis Kettlerianæ deceſſum, alii Inveſtituram Curlandiæ conferre potuiſſe, pro primo tamen ex illo non ſequeretur, collatione feudi jam facta ejusmodi Principem feudatarium ac Regis & Reipublicæ Vaſallum juribus vero Reipublicæ membri per Inveſtituram eidem acquiſitis ſine præſcitu Reipublicæ privari poſſe; pro ſecundo autem jam ſupra allegatum eſſet, negotium illud Curlandiam ſpectans non ſolum Sacræ Regiæ Majeſtatis Suæ curæ commiſſum fuiſſe, ſed Sereniſſimam Rempublicam tenore §phi 271mi Conſtitutionis de Anno MDCCXXXVI. Commiſſarios ſuos conſtituiſſe, qui conditiones Principi de novo infeudando formarent; Hi etiam in fundamento modo dictæ Conſtitutionis conditiones cum Illuſtriſſima Celſitudine ſua regulaſſent, inſimul etiam Eidem, Ejusdemque feudi ſucceſſoribus firmiſſimam protectionem ſecuriſſimamque poſſeſſionem nec non diſpoſitionem & plenarium uſumfructum Feudi, nomine ac authoritate Reipublicæ guarentaſſent, proinde igitur ratione harum conditionum, num adimpletæ eſſent, num non, neque ſine Sereniſſima Republica cognoſci nec etiam guaranda à parte hujus ſolenniſſime aſſecurata, inſcia Republica tolli potuiſſet. Illuſtriſſima Celſitudo Sua longe abeſſet, omnibus in S. C. tunc congregatis Illuſtriſſimi Senatus membris tam incompetentem arrogationem in hac materia aliquid dijudicandi, quam etiam iſta in Reſultato ipſo Illuſtriſſimæ Celſitudini ſuæ admodum præjudicioſa contenta imputare; Dubia, quibus plurima vota aſſociata fuerunt, Sacram Regiam Majeſtatem commovere debuiſſent, ab hac materia recedere eamque in ſtatu quo relinquere; Attamen nihil quicquam impediſſet, quin vacantia feudi ut & infeudatio Regiæ Celſitudinis, Sereniſſimi Principis Caroli de Ducalibus Curlandiæ per reſultatum S. C. d. d. 30ma Octobr. Anno 1758. ſtabilita & decreta eſſet, quo facto etiam infeudatio hujus Principis revera ſubſecuta eſſet, quibus omnibus Illuſtriſſima Celſitudo ſua inaccuſata & inaudita omnibus ſingulisque ſuis juribus in hos ducatus privata eſſet. Hæc omnia eo tempore facta eſſent, cum Sua Celſitudo nonſolum extra regnum ſuosque ducatus fuiſſet, verum etiam cum nulla ratione juribus ſuis proſpicere potuiſſet. Poſtquam vero divina providentia Illuſtriſſimæ Celſitudini Suæ finem afflictionum ſuarum attingere conceſſiſſet, cauſatæque ab inimicis ſuis remorationis, neceſſariarum innocentiæ ſuæ dudum jam ſatis notæ, conſequentiarum, & Sacra Imperialis Majeſtas pro ſumma ſua magnanimitate juſtitiæque amore illas actualiter effeciſſet, Illuſtriſſimamque Celſitudinem Suam, Summa Sua Clementia ac Protectione honoraſſet, Celſiſſimus Dux hoc præprimis officiorum ſuorum eſſe duxiſſet, ut Sacram Regiam Majeſtatem de hoc eventu redderet certiorem, Eidemque pro juſta ac magnanima interceſſione & aſſiſtentia, qua Sua Regia Majeſtas & Respublica Illam, durante infortunio ſuo, pro eliberatione ejus & reſtitutione in Ducatus ſuos dignata eſſet, omnimodas perſolveret gratias, & haud mutatum ſuum omni data occa-

occasione conservatum officiorum suorum studium pro Sacra Regia Majestate Sua totaque Domo Regia contestaretur insimul etiam perhumillime rogaret, ut Sacra Regia Majestas Sua in consideratione omnium eorum, quæ in Curlandia durante infortunata ac haud merita sua absentia, contigissent, Regiam magnanimitatem justitiæque amorem prævalere Illustrissimæque Celsitudini Suæ Summam Regiam Clementiam ac Protectionem concedere dignetur, ut Eadem, ejusque æque innocens familia ad haud impeditam Ducatuum suorum possessionem iterum possent pervenire. Illustrissima Celsitudo Sua eo magis sperasset Sacram Regiam Majestatem Eidem justitiam attributuram, precibusque suis annuturam esse, cum partim actuali libertate Illustrissimæ Celsitudinis suæ, impossibilitas ejusdem antea prætexta tanquam causa eorum, quæ contra Jus fasque concessa fuissent, cessasset, partim autem §phus 231mus Constitutionis de Anno 1736, tenore cujus, omnes sententiæ ac decreta, quæ contra eos, qui extra terminos regni degunt, & in absentia eorum lata essent, abrogata sunt, in præsenti casu multo magis quam tunc locum habere debeant. Attamen Illustrissima Celsitudo sua, felicitate ista frui non potuisset, ut Sacra Regia Majestas Sua ulla responsione Eam dignata esset. Illustrissima Celsitudo sua postea fere per quadrantem anni Rigæ in confiniis Curlandiæ commorata esset semperque adhuc sperasset, quod justa sua causa, & gravissimæ ea propter factæ repræsentationes animum Regis commoturae essent, cum autem omnes exspectationes fructraneæ fuissent, Illustrissima Celsitudo Sua reiteratis precibus fidelis suæ Nobilitatis, quæ continuo fere tota Rigæ fuisset, nullo modo repulsam dare potuisset, atque itaque in Ducatus suos se contulisset, ac sub maximis lætitiæ contestationibus totius Ducatus Regimen suscepisset; Insimul etiam Illustrissima Celsitudo sua non intermisisset Sacræ Regiæ Majestati Suæ, submissimam iterum suam contestari devotionem, & per litteras d. d. XXX. Januar. a. c. repræsentare, nullas circumstantias, quamquam forent formidolosissimæ, tristem in se excitare posse cogitationem, ac si calamitates suæ Gratiam Clementiamque Sacræ Regiæ Majestatis aliqualiter minuere potuissent, hasque immerito perpessas & tantummodo calliditate inimicorum suorum excitatas afflictiones ista per solennia pacta cum Sacra Regia Majestate Sua Serenissimaque Republica, posteaque per subsecutam legitimam infeudationem super Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ adquisita jura nullo unquam modo debilitare, multo minus infringere posse; Quare igitur Ipsa firmissimam foveret confidentiam, quod Sacra Regia Majestas Sua Ejus die 22da Januarii Mietaviæ subsecutum adventum gratiose connotatura sit. Attamen idem illud & quod Illustrissima sua Celsitudo totalium legitime acquisitorum jurium suorum suppressionem indifferenter pati non potuisset, causasset, ut illegalitates hucusque peractæ iterum iterumque, novis cumulatæ essent, ut iteratum S. C. convocatum esset, & in eodem non consideratis votis, juxta normam legum latis, de quibus ista ad Publici notitiam perventa Oratio Celsissimi atque Illustrissimi Principis Czartoryſky, Magni Ducatus Lithuaniæ Supremi Cancellarii, testimonio esset, istud sub initio memoratum Illustrissimæ Celsitudini Suæ tam præjudiciosum Resultatum emanasset.

Ex antea deductis vero circumstantiis omnibus Illustrissima Celsitudo Sua pro officiis Sibi ipsi Familiæque Suæ Ducali debitis se necessitatam vidisset, conservata attamen erga Sereniss. Regiam Majestatem Suam submissima reverentia, quam nunquam neglexerit, nec neglectura sit & unice ad tuenda jura sua, contra omnia ea quæ in contrarium ab Anno MDCCLVIII. hucusque peracta, quæ etiam ratione jurium Serenissimæ Reipublicæ nulliter pertractata essent, aut forsan in posterum illegaliter suscipi possent, quam solennissime sese manifestare ac contra illa protestari, insimul etiam ad Smam Rempublicam, cum qua Illustriss. Celsitudo Sua ejusdemque Ducatus juxta intentionem §. 217. Constitutionis de Anno 1736. per pacta cum eadem revera inita arctissime conjuncta esset, recurrere, ac guarandam Ducatuum suorum ab eadem solemnissime assecuratam, reclamare, hac cum reservatione, suo tempore debitoque loco, coram cunctis Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ Statibus congregatus, demonstrare & deducere, nunquam legitimam rationem adfuisse


fuisse quæstionis: utrum Illustrissima Celsitudo Sua Feudo suo quamcunque ob causam privanda, & num novus Dux Curlandiæ necessario investiendus fuisset. Quodsi etiam quæstio illa ventilari potuisset, ejusdem inquisitio & dijudicatio non nisi Congregationi Comitiali competiisset, & quod per Consequens omnia ea, quæ ab Anno 1758. sine præscitu omnium statuum Regni in hac materia suscepta & constituta essent, nullitate laborarent & in oppositione jurium Illustrissimæ Celsitudinis suæ, quæ per eadem nec alterari neque tolli potuissent, plane ceu non acta considerari deberent; quod fundamenta ipsa, quibus facta exfeudatio Illustrissimæ Celsitudinis Suæ & exinde subsecuta infeudatio Regiæ Celsitudinis Suæ, Illustrissimi Principis Caroli innititur, erronea essent, qua Illustriss. Celsitudo Sua nunquam criminis cujusdam feudalitii se reum reddidisset; quod Eadem etiam nullo modo contra pacta cum Sma. Republica inita egisset, sed multo magis eadem quam sanctissime adimplevisset, quod per factam ex summa clementia & gratia Imperatricis Annæ gloriof. memor. Illustriss. Celsitudini Suæ, cessionem ac donationem omnium prætensionum tam ex pactis dotalibus quam etiam respectu a summe dicta Russico-Cæsarea Majestate, ceu antea viduata Ducissa Curlandiæ redemtorum bonorum mensæ Ducalis & postea revera Illustriss. Celsitudini Suæ subsecutam traditionem omnium bonorum & possessionum, quæ Ea in Curlandia habuit, omnes & singulæ prætensiones Imperii Russici in hos Ducatus in æterna tempora sublatæ & Illustrissimæ Celsitudini Suæ traditæ essent; quod eadem etiam reliquas exteras prætensiones in Curlandiam, reluisset, dum nonsolum Principissis ex priori matrimonio Illustriss. olim Duci Friderico Casimiro natis, Marchionissæ Brandenburgensi Mariæ Dorotheæ, Ducissæ Brunsvico-Beverensi Eleonoræ Charlottæ, & Principissæ Nassovia-Sigensi Amaliæ Lovisæ, sed etiam alteri conjugi modo dicti Ducis Elisabethæ Sophiæ, Principissæ Borussiæ viduatæ Ducissæ Saxo-Meinungensi ratione omnium & singularum prætensionum, quas dictæ Principissæ habuerunt, satisfecisset, easdemque prætensiones per cessionem in se transtulisset, quod eadem etiam obærata bona

na mensæ Ducalis Curlandicæ & Allodia Ducalia reluisset, propterea que Summam fere quingentorum millium thalerorum Albertinorum Possessoribus bonorum oppignoratorum persolvisset, quod Illustriss. Celsitudo Sua ad ædificandam Ducalem arcem pro sede sua fere trecenta millia thalerorum impendisset, & quamquam durante absentia sua, num supra dictæ Summæ ex propriis persolutæ essent, dubia quædam excitata sint, hoc tamen veritatem facti, prout postea satis superque per innocentiam suam se declaravit, neutiquam sustulisset, quod durante etiam absentia ejus jura sua pro incontestabilibus, ideoque impletio articulorum, ad quos ex Conventione Gedanensi obligatus fuerit, ædificatione etiam ac dotatione ecclesiæ Romano-Catholicæ Libaviensis necessaria reputata esset; quodsi etiam Illustriss. Celsitudo Sua, suscepto ab Eadem regimine Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ, in eosdem se non contulerit, sed potius in Ministerio vicinæ potentiæ permanserit. Sacra Regia Majestas Sua ad hoc non solum Suam expresse Summam dedisset concessionem, sed etiam in Rescripto suo Regio ad Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ sub die XIV. Julii Anno 1737. eapropter dato, commorationem istam exteram Illustriss. Celsitudinis suæ pro necessaria hisque Ducatibus vtili reputasset, quod etiam Sac. Reg. Majest. Sua posthæc nihil in contrarium desuper Illustriss. Celsitudini Suæ mandasset, quod porro etiam Illustriss. Celsitudo in Ministerio extraneæ Potentiæ Se ita non gessisset, vt Eidem causa calamitatum, quibus afflicta fuerit, imputari potuisset; sed quod potius tam Russica-Imperialis Majestas Elisabethæ gloriosissimæ memoriæ, quam etiam Sacra Regia Majestas Sua, dura quæ eadem experta esset fata, pro immeritis reputasset, & quod per consequens nuda ratio status, ab extranea Potentia allegata Jura ista quæ sub tutamine Regni Poloniæ Illustrissimæ Celsitudini Suæ concessa tollere nequaquam potuisset; quod juxta Systema status Curlandiæ, vbi ab initio hujus Sæculi nullus plane Dux præsens regnasset, neque Anno MDCCLVIII. (siquidem ab adverso fato Illustrissimæ Celsitudinis Suæ vsque eo Sacræ Regiæ Majestatis nomine Regimen ibidem administratum esset) personalis præsentia Ducis adeo

adeo necessaria fuisset, vt propterea legitime investitus Princeps Juribus suis in eosdem ducatus privari debuisset, quod porro etiam Illustriss. Celsitudo Sua post eliberationem suam omnem navasset operam, pro justitia a Sacra Regia Majest. Sua obtinenda, quodsi Sacræ Regiæ Majest. visum fuisset, Serenissimam Rempublicam de subjectissima hac supplicatione informari non deberi, quamvis Anno proxime elapso comitia ordinaria celebrata essent, hoc casu omnia quæ inscia Republica contra Illustrissimam Celsitudinem Suam emanata fuissent, etiam inscia illa tolli potuissent ac debuissent, quod vero hoc non factum esset, Illustrissima Celsitudo Sua inconteſtabilia jura Sua, de quibus firmissimæ Serenissimæ Reipublicæ assecurationes, estis reliqua pleraque perdita essent, adhuc exstarent, quibus etiam Serenissima Respublica eandem nunquam nec privare voluisset, nec revera privasset, deserere neutiquam potuisset; Quod eadem tamen nullo modo, juxta allegata Resultata ex ultimo Sen. Consil. emanata Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ aggressa esset, neque auxilium copiarum extranearum adhibuisset; quod eadem etiam, minime tum demum Nobilitatem Curlandicam in partes suas traxisset nec trahere opus habuisset, sed quod potius illa jam antea, partim vigore pactorum cum Illustriss. Celsitudine sua initorum, partim vi Regii mandati obedientiæ arctissime cum Eadem conjuncta fuisset, ideoque respectu pristinarum obligationum, quæ sublata impossibilitate reditus Illustris. Celsitudinis Suæ omnimodum vigorem eo ipso iterum consecutæ essent, pristino suo Duci obviam venisset, quo Illustriss. Celsitud. Sua immutata subditorum suorum fidelitate non vero extraneis copiis comitata, in Residentia sua maximis lætitiæ testificationibus excepta esset; quod eadem etiam nullam vim adhibuisset, multo minus mediante ista Nobilitatem, ad indecentia quædam ac inofficiosa commovisset; quod jam antehac sæpius copiæ Russico-Cæsareæ in Curlandia fuissent, ultimo etiam jam ante Illustrissimæ Celsitudinis Suæ adventum ibidem fuissent, ac Illustrissima Celsitudo Sua eas nec eo adduxisset, nec earum ingressui occasionem præbuisset. Quod vero cum Sacræ Russico-Cæsareæ Majestati pro magnanimitate & justitia Sua visum fuerit, vt immeritæ calamitates illæ Illustrissimæ Celsitudini Suæ ab Imperio Russico causatæ, ab isto quoque essent reparandæ & per consequens Sacra Majestas Sua Cæsarea proprio motu tam apud Sacram Regiam Majestatem Suam, validissimas pro Illustrissima Celsitudine Sua interposuisset demonstrationes, quam etiam Eidem, ab Imperio Russico occupatas possessiones reddidisset, Illustrissimæ Celsitudini Suæ his sub circumstantiis, plane non convenisset, summam hancce Imperatricis Gratium ac Justitiam declinare, siquidem per omnia ista neque utilitas Serenissimæ Reipublicæ ullo modo offensa, nec arctissima horum Ducatuum cum Eadem unio ad minimum turbata esset, sed utraque potius secundum intentionem Constitutionis de Anno 1736, evidenter promota esset, dum imperium Russicum non solum bona mensalia Ducatus Curlandiæ sed etiam allodialia, quæ hactenus in Russorum potestate fuissent Illustrissimæ Celsitudini Suæ ceu vero possessori restituisset, Sic tota Curlandia plenarie cum Serenissima Republica unita ejusdemque utilitas tum per hæc tum etiam per conservatam istam cum Serenissima Republica initam conventionem in vigore suo, ac consequenter Illustrissima Celsitudo Sua eo in statu permanserit, inviolatis suis obligationibus erga Serenissimam Rempublicam & in posterum exactissime satisfacere, revera aucta sit, quæ intentio tamen Constitutionis de Anno 1736. per ea, quæ ab Anno 1758. nulliter pertractata & constituta essent, attingi plane non potuisset, quod Illustrissima Celsitudo Sua juxta ulteriora Resultati illius ex S. C. imputata, nulla multo minus innumerabilia attentata contra Majestatem, Supremumque Dominium Serenissimæ Reipublicæ commisisset, quod Eadem etiam de facta quadam, vt fama est, dilaceratione Rescriptorum Regiorum nequicquam scivisset, multo minus illam causasset; Quod cum Illustrissima Celsitudo propria Sua & Reipublicæ Jura observasset, ad quæ partim pro se Ipsa conservanda, parum ceu Princeps Feudatarius Regnique membrum adstricta fuisse Eadem nunquam reverentiam Sacræ Regiæ Majestati Suæ debitam neglexisset, quod Illustrissima Celsitudo Sua etiam hoc animo in profundissima

fundiffima Reverentia erga ſanctiſſimam Perſonam Sacræ Regiæ Majeſt. Suæ ac inviolabili erga Eandem ac Sereniſſimam Rempublicam fidelitate immutabiliter permanſura eſſet.

Hæcce omnia Illuſtrisſima Celſitudo Sua ad acta ſuprafati officii mei, ſalvo augendi minuendi ac corrigendi jure, ſumere ac deſuper quoties opus fuerit Teſtimonium in forma probante extradere deſideravit, Id quod etiam, acceptatione prius, in quantum juris, facta ac prævia actiſatione, ſub appresſione clementisſime mihi concrediti Regii Secretariatus & Notariatus Sigilli, ſolitaque mea ſubſcriptione extraditum eſt. Mitaviæ die XXma Maji Anno MCCCLXIIItio.



THEOPHILUS WERNER,
S. R. M. Secr. act. & Notarius publ. juratus.



Sereniſſime ac Potentiſſime Rex
Rex ac Domine longe Clementiſſime!

Non erubuerunt autores & promotores omnium in Curlandia hactenus vomitarum turbarum ac diſſenſionum venenum illud, quo contra Celſiſſimum Curlandiæ ac Semigalliæ Ducem Erneſtum Joannem Dominum meum clementiſſimum repleti ſunt, usque ad Thronum S. R. Majeſtatis Veſtræ per binas literas ſupplices deferre, & modo non ita multum decentiore ea, quæ hactenus famoſis ſparſa fuerant libellis, exponere.

Tyrannidis Illuſtriſſimum Ducem incuſarunt illi, qui tamdiu usque ad hoc tempus Eundem Principem laceſſerunt, & tamen neque per atrociſſimas ipſi illatas injurias neque per literas illuſorias, neque per extrema mandatis ſuis exhibita vilipendia, quid quod neque per reales injurias & incarcerationes miniſtrorum juſtitiæ ſuorum efficere potuerunt, ut quæ de jure ac juſtitia Celſitudini Suæ competiiſſent, hacte-

hactenus spe quod tandem resipiscerent contra illos statuerit, multo minus quod humani aliquid licet sat incitatus intuitu illorum Celsissimo Duci accidisset. Audacter porro calumniati sunt hi Illustrissimum Ducem de violata juramento suo & perpetrata felonia, qui non ignari Constitutionis Anni 1736. & Pactorum authoritate ac sub fide Serenissimae Reipublicae cum Illustriss. Duce initorum, collationis feudi eodem Duci factae, mandati obedientiae pro illo expediti, & fidelitatis ab illis ipsis solenni pacto adpromissae, tamen causam Sereniss. Reipublicae ac Celsissimi Ducis non solum derelinquerunt, sed etiam reduce feliciter Principe, imo & post justissimam Sereniss. Reipublicae vindicationem jurium tam sibi quam Duci competentium & S. R. Majest. Vestrae justissimam ac clementissimam per Pacta conventa adstipulationem, illis omnibus manifesto adversari & obloqui, fidelitate & obedientia Sereniss. Reg. Majest. Vestrae & Reipublicae debita plane posthibita, rebelli ausu moliuntur. Supersedere Serenissime Rex mihi liceat criminationibus istis, quibus Illustr. Principem Ducatibus se intrudisse expudorata fronte allegant, decere enim non arbitror ratione eorum, quae Serenissimae Reipublicae per manifestationem & expositionem de die 11. Maji anni praeteriti jam exhibuit Cels. Dux ac post subsecutam Sereniss. Reg. Majest. Vestrae & Sereniss. Reipublicae jurium Ducis agnitionem plura addere, siquidem non quae necessaria sunt Sereniss. Reg. Majest. Vestrae humillime exponere, sed cum refractariis verba facere videre. Pari contemtu digna sunt ea, quae de validitate Investiturae Anno 1739. Celsiss. Duci collatae fabulantur, cum ex Constitutione comitiorum convocationis luce meridiana clarius sit, confoederatos ordines Celsissimum Ducem circa feudum legitime obtentum vel investituram legitimam conservasse, ratione homagii praestiti autem, non nullum illud, sed quod illi defuit praesentia haereditarii Principis supplendum declarasse. Rem ipsam aggrediar ob quam vera animorum desperatione & officiorum erga Deum, Sacram Reg. Majest. Vestram, Sereniss. Rempublicam & Ducem immemoras summa imis miscere nituntur.

Ii qui perdita sua munera sero dolent officiales statim post felicem Cels. Ducis reditum officiis suorum munerum subire, saepius licet de hoc moniti recusarunt, nunquam hoc fecissent, si tam libenter veritatis ac legum quae aeternis vinculis vitam honoremque ordinis Equestris Sereniss. Regno Poloniae Magnoque Ducatui Lithuaniae adjungunt obtemporatores fuissent, ac illegalitatibus per benignas aures praebuerunt; Silebant leges, ac perturbatus inde Ducatuum status quaevis pejora timenda relinquebat. Adiit igitur in conventu publico congregatus Generosus ordo Equestris Celsissimum Ducem, & ut salutem publicam cordi sibi habere, iisque inconvenientiis remedire dignaretur, petiit, Cels. Dux in arduo hoc negotio se nihil absque ordine Equestri statuturum respondit, & quod praevia deliberatione propositionem & consilium suum desuper Duci exhibeat desideravit; Expedito hoc consilio Celsissimus Dux cum Generos. ordini Equestri juxta proportionem, ejusdem per Laudum publicum anni praeteriti die 19. Julii constituit; quod si officiales refractarii & quidem praesentes inter quatuor, absentes inter octo hebdomada debita muneris officia non subirent, ut Cels. Dux eorum munera aliis ea obeunda idoneis absque tamen pro futuro sequela conferret. Cum igitur denuo moniti, in pertinacia sua permanerent, licet jam tum illegalitates quibus initabantur publica approbatione & omni effectu destitui viderent, Cels. Dux obstinatis illorum affectibus tantum indulgere non potuit, ut Serenissimae Republicae & sua propria jura & dignitatem, cursum justitiae ac salutem, publicam illis ulterius & quidem ad tale incertum tempus quod plane praevideri non poterat postponeret, ideoque praeterlapso spatio per legem publicam ipsis concesso juxta tenorem laudi publici, illis ipsis obstinatione sua ab officiis se dimittentibus, munera eorum aliis de Sereniss. Republica, Duce ac patria bene meritis iisque subeundis idoneis contulit. Clamitant & ex Form. Regim. allegant §phum: „neminem Consiliariorum & Capitaneorum absque cognitione Principis cum Consiliariis & quatuor Capitaneis majoribus removeri posse;„ at quae Princeps non solum cum reliquis Consiliariis supremis, Capitaneis majoribus, & minoribus, sed etiam cum Ordine equestri simul per legem publicam statuit legi, cujus ratio manifesta est, ne solus Dux desuper cognoscet, nullum praejudicium afferre potest, & formalitates frustra desiderant sibique applicant hi, qui Formulam Regiminis ipsam, quid quod tam primum §phum quo omnia sub regimine Ducali fieri, quam ultimum: quod Illustri Principi suo obedientiam honoremque exhibere ac fidei

 Sere-

Sereniſſimæ Reipublicæ Poloniæ datæ memores eſſe debeant, contemtu habuerunt, & hoc ipſo effecerunt, ut alia ratione cum ipſis procedi non potuerit.

Qui alteram ſupplicam Sacræ Regiæ Majeſtati porrexerunt allegant, ſe de prædiis ducalibus quæ partim ex jure pignoris & hypothecæ, partim ex locato conducto poſſederunt dejectos eſſe. Nullus ex illis ullum prædium ducale ſub hypothecæ titulo poſſedit, & ne quidem Gen. de Nolde, qui hunc titulum poſſeſſionis ſibi arrogare videtur; Is enim ſummam 20000. Thalerorum Albertinorum tempore anterioris regiminis mutuo quidem dederat, ſed generalem deſuper tantum inſcriptionem hypothecariam non vero prædium quoddam hypothecæ titulo poſſidendum acceperat; poſtea Præfectura Vürtzau tanquam arrenda ipſi collocatu fuit, & ante feſtum nativitatis Chriſti anni 1762. quidem obtinuit aſſecurationem de Contractu hypothecario & extenuationis ſuper præfectura Vürtzau ipſi in Feſto S. Iohannis anni ſequentis 1763. extradendo, ſed intra hoc tempus & in ipſo Feſto S. Iohannis neque conſervationem Arrendæ neque contractum hypothecarium & extenuationis ratione præfecturæ Vürtzau petiit; Celſiſſimus igitur Dux in termino S. Iohannis Summam debitam 20000. Thalerorum Albertinorum cum uſuris ipſi exſolvere juſſit, acceptare autem recuſanti reſcripſit, quod habita ratione eundem Gen. de Nolde occaſione nummos iſtos nominibus certis exponere deſtitui, ſummam iſtam ad anni ſpatium retinere & pro illa uſuras ſolvere vellet, quod vero præfectura Vürtzau, utpote quæ non tanquam hypotheca ipſi inſcripta eſſet, & cujus neque contractum arrendæ neque hypothecarium & extenuationis petiiſſet vel acceptare velle declaraſſet Commiſſioni Ducis traderet. Ægre hoc quidem tulit Gen. de Nolde, ſed tamen præfectura ceſſit & ſummam ipſi debitam 20000 Thalerorum cum uſuris quam antea acceptare recuſaverat, recepit. Eadem igitur cauſa eſt Gen. de Nolde cum reliquis ſupplicantibus, qui omnes arrendæ nomine prædia poſſederunt. Hi prædia iſta ducalia Ducis nomine ſub contracta arrendæ e Camera ducali ipſis extradendo poſſidere recuſabant. Celſiſſimus Dux multa quæ invidia ipſi conciliaverat, tolleranter ſuſtinuit, ſed nulla prorſus ratione convenire, nec etiam erga Sereniſſimam Rempublicam id excuſari poſſe arbitratus eſt,

eſt, ejusmodi hominibus bona ad feudum Reipublicæ ſpectantia relinquere, qui ratione Diſpoſitionis illorum Duci juxta puncta contractus reſponſabiles eſſe detrectabant, qui mandata ducalia e Camera extradita cum vilipendio remittebant, qui ſuo non Ducis arbitratu diſponere, imo impenſis feudi in ſtatu ſtatum ſeparatum formare præſumebant. Reſumſit igitur Dux per uſitatas commiſſiones prædia ſua, absque tamen illorum vel oraliter vel realiter declarata reſiſtentia, neutiquam vero ut perhibent violenta manu.

Jam jura Ducatuum & Privilegia nobilitatis, per Celſiſſimum Ducem violata eſſe allegant, & caſu quæſtionis applicant ex Privilegiis nobilitatis & Formula Regiminis: „ quod nemo absque cauſæ cognitione „ bonis ſuis & poſſeſſione ſua ſit exuendus, quodſi lis inter Principem & „ Nobilem de poſſeſſionibus aliisque rebus orta fuerit cauſa ea immediate „ coram Sacra Regia Majeſtate intentanda eſſet; „ & alia ejusmodi huc plane non pertinentia, ac ſi de dominio iſtorum prædiorum aut de realibus circa illa prætenſionibus cum Celſiſſimo Duce certaſſent, vel quaſi non Arrendatores fuiſſent, qui juxta tenorem Contractuum, ne proventus feudi litibus abſorbeantur nullo tempore cum appellationibus admiſſi fuerunt, ſed ſemper legibus contractus ſtare debuerunt, vel etiam quaſi eorum fuiſſet eisque incubuiſſet illis, quæ manifeſto ad eis non pertinebant ſe immiſcere, & immaginata ſibi alterius jura tanquam propria tractare & coram throno Sac. Reg. Majeſtatis Veſtræ per appellationem deducere. Hæc omnia ita ſanæ rationi repugnare & cum allegatis juribus non convenire ipſe Gen. de Howen regii conclavis ſecretioris Miniſter, quamvis primarius Duci infenſus judicavit, ut ipſemet Celſiſſimum Ducem pro conſervatione arrendæ ſuæ Eckhoeſchen adire neceſſarium duxerit, prout iſtud per ſupplicam ſuam propria manu exaratam in Camera Ducali die 28. Junii 1763. porrectam conſtat, quem etiam Celſitudo ſua prout omnes reliquos, qui conſervationem prædiorum quæ ipſis locata erant ſupplicarunt & contractus e Camera Ducali acceperunt, conſervavit. Patet igitur ſupplicantium querelas omni deſtitui fundamento, easque ab illis non tam pro aſſentione jurium quorundam ipſis competentium, ſed ut cavillandi Celſiſſimum Ducem occaſionem haberent allegatas eſſe; Impudentius enim nihil cogitari poteſt quam ex rationibus

tionibus ab illis allatis Celſiſſimum Ducem violati juramenti ſui anno 1739 præſtiti, læſorum jurium Ducatuum, ac Privilegiorum nobilitatis imo feloniæ arguere. Non illos horum omnium moderatores conſtituit Gen. Curlandiæ ac Semigalliæ Ordo equeſtris, cujus tamen jura Ducatuum ac privilegia ſua ſervari maximum intereſt. S. R. Majeſtatem Veſtram itaque Celſiſſimi Ducis mei ac Gen. ordinis Equeſtris nomine humillimis adeo precibus, dignetur Eadem pro ſumma ſua juſtitia incompetentes iſtos ſupplicantes cum petitis ſuis non fundatis, & nil, niſi ut adhuc ulterius inobedientiam ſuam erga Celſiſſimum Ducem & criminationes continuare, diſſidia in Curlandia ſovere, novaque ſuſcitare poſſint, pro ſcopo habentibus, plane repellere, officiales a Celſiſſimo Duce conſtitutos tanquam de Regno & Patria ſua benemeritos circa munera ſua clementiſſime conſervare, Generoſos vero Regni & M. D. Lithuaniæ Inſtigatores & Vice-Inſtigatores eo demandare, ut eosdem ſupplicantes propter effrenatam eorundem licentiam Placitis Sac. Reg, Majeſtatis Veſtræ repuguare, & propter attrociſſimas Celſiſſimo Curlandiæ Duci illatas injurias ad judicia relationum S. R. Majeſtatis Veſtræ propriarum pro pœnis quæ de jure venient inſtigendis criminaliter adcitent. Ego vero cum profundiſſima veneratione in æternum permaneo.

Sereniſſime ac Potentiſſime Rex,
Sacræ Regiæ Majeſtatis Veſtræ
Domini mei longe clementiſſimi

humillime ſubjectiſſimus.
Otto Erneſtus de Medem,
Legatus Curlandiæ.



Sereniſſime ac Potentiſſime Rex
Rex ac Domine. longe clementiſſime

Sacræ Regiæ Majeſtatis Veſtræ Domino Noſtro longe Clementiſſimo jam expoſita ſunt auſa temeraria, quibus malevoli horum Ducatuum, inſurgendo contra Jura Majeſtatica ac contra Regalia & jura Principis, atque recedendo ab iis, quæ antea Gen. Ordo Equeſtr. cum Celſiſſ. Duce in conventibus publicis ſtatuerat, ſtatum publicum perturbare modis maxime illicitis alla-

bora-

Allerdurchlauchtigſter Groß-mächtigſter König,
Allergnädigſter König u. Herr!

Ew. Königlichen Majeſtät, Unſerm Allergnädigſten Könige und Herrn, ſind bereits die verwegene Unternehmungen unterleget worden, durch welche die Widriggeſinnte dieſer Herzogthümer, mit Auflehnung wider die Majeſtäts-Rechte und wider die Regalien und Rechte des Fürſten und mit Abgehung von demjenigen, was vorhin Eine Wohlgebohrne Ritter und Landſchaft mit des Herzoges Durchl.

auf

borarunt, Non intermisimus, quum jam conventus publicus a Celsissimo Duce, usque ad diem 5. Martii a. c. limitatus, initium caperet, Nosque illos, in omnia alia quam quæ ante hac acta fuerant, ire, quicquod, per compilatum corpus Gravaminum attentata cumulare animadvertere-mus, pro debitis officiorum nostrorum eos admonere, ut nihil, quod juribus Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ ac Serenissimæ Reipublicæ non minus & Celsissimi Ducis ac debitæ Ipsi fidelitati, nec non anteactis esset contrarium, susciperent; tantum vero abfuit, quin hæc nostra admonitio illos movisset, ut potius, Nos ipsos a fide ac obedientia Supremo ac directo Dominio & Duci nostro debita avellere & in suas Partes trahere, immo subsecuta Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ ad illos seria admonitione, tamen in pertinacia sua non solum permanere, sed & Ducem Nostrum atque Nos, per Citationes ad Judicia Relationis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ pertrahere conati sint.

auf den Landtägen festgesetzet, das Publicum zu verwirren, sich auf die unerlaubteste Weise bestrebet haben. Wir haben nicht unterlassen, als bereits der, von des Herzogs Durchl. bis auf den 5. Martii a. c. limitirte Landtag seinen Anfang genommen, und wir, daß selbige ganz etwas anders, als was vorhin verhandelt worden, zur Absicht hatten, bemerket, nach den uns obliegenden Pflichten, sie zu ermahnen, daß sie nichts so den Rechten Ew. Königl. Majestät und der Durchl. Respublick, nicht weniger auch des Herzos Durchl. und der Ihm schuldigen Treue, wie auch denen vorigen Verhandlungen entgegen wäre, unternehmen möchten, es hat aber so viel gefehlet, daß sie durch diese unsere Ermahnung beweget worden, daß sie vielmehr uns selbst von der, der Allerhöchsten Oberherrschaft und unserm Fürsten schuldigen Treue, abwendig zu machen und auf ihre Seite zu ziehen, ja, nach Ew. Königl. Majestät an dieselben ergangenen ernstlichen Ermahnung, dennoch in ihrer Hartnäckigkeit nicht allein zu verharren, sondern auch unsern Fürsten und uns, durch Ausladungen vor Ew. Königl. Majestäts Relations-Gerichte zu ziehen, sich unterfangen.

Per Sacræ Regiæ Majestati Vestræ a Celsissimo Principe nostro jam exposita, luce meridiana clarius est, Nos ab initio cum Gen. Or-

Durch das so Ew. Königl. Majestät von unsern Durchl. Fürsten unterleget worden, ist Sonnenklar, daß wir von Anfang ab, mit E. W. R. und

Ordine Equestri, cujus nomen sibi arrogant Citantes, nihil egisse, nisi quæ tunc temporis debitæ nostræ fidei erga Serenissimam Rempublicam conformia fuerunt, postea vero nos pariter justissimis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ ac omnium confœderatorum Ordinum placitis atque sancitis obtemperasse, neque in eorum ac Ducis nostri, nec non in legum fundamentalium horam Ducatuum, quorum ut & Jurium ac Privilegiorum Nobilitatis læsionem illi frustra allegant, contemtum admittere Nos potuisse Gravamina, iisdem omnibus & ante actis cum Gen. Ordin. Equestri plane contraria, Patet inde simul, quod fidem nostram erga supremum ac directum Dominium & Ducem Nostrum ac vigilantiam Nostram pro Jurium Majestaticorum, Ducalium & Legum fundamentalium tuitione, Nobis tanquam probrum objicere, absque temeritatis nota non potuerint, & quod ignominiosum nobis esset, si ex frivola illorum ad judicia Relationis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ propriarum adcitatione terminum agnoscere teneremur.

und Ldschft. welches Namens Citantes sich anmaßen, nichts verhandelt, als was unserer schuldigen Treue gegen die Durchl. Respublick gemäß gewesen, daß wir aber nachhero denjenigen, was Ew. Königl. Majestät und alle conföderirte Stände, gerechtsamst beliebet und festgesetzet, gleichfalls Folge geleistet, und daß wir zu Verachtung dessen und unsers Fürsten, wie auch der Grundgesetze dieser Herzogthümer, deren, wie auch der Rechte und Freyheiten des Adels Verletzung, sie vergebens anführen, Gravamina nicht admittiren können, welche solchen allen, und den vorherigen Verhandlungen E. W. R. und Landschaft gänzlich entgegen waren. Es erhellet daher zugleich, daß sie uns, aus unserer Treue gegen die Allerhöchste Oberherrschaft und unsern Fürsten, wie auch aus unserer Wachsamkeit für die Vertheidigung der Majestäts- und Fürstl. Rechte, und derer Grundgesetze, ohne die größte Verwegenheit, keinen Vorwurf machen können, und daß es uns höchst nachtheilig seyn würde, wenn wir aus ihrer frevelhaften Citation vor Ew. Königl. Majestät Relationsgerichte terminum zu agnosciren gehalten seyn sollten.

Sacram Regiam Majestatem Vestram supplices igitur adimus, dignetur Eadem clementissime, circa coercitionem refractariorum Gen.

Ew. Königl. Majest. bitten wir also allerunterthänigst, Allerhöchstdieselbe geruhen Allergnädigst, bey Beahndung der Widerspenstigen, die Wohlgeb. Insti- ga-

Gen. Instigatores ac Vicæ-Instigatores Regni ac M. D. Lithuaniæ eo quoque demandare, ut eosdem, pro inferendis ob temerariam hanc atque frivolam nobis insinuatam Citationem condignis pœnis ac pro cassatione hujus Citationis coram judico Relationis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ propriarum adcitent.

Nos vero cum profundissima veneratione in æternum permanemus

Serenissime ac Potentissime Rex,
Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, ac Domini Nostri longe clementissimi

subjectissimi fidelissimi

Mitau, d. 22. Junii A. 1765.

Henr. Chr. ab Offenberg
Landhoffmeisterus.

Joan. Ernest. Klopmann
Cancellarius.

Franc. Georg. de Franck
Oberburggrabius.

Otto Friedericus Sass
Landmareschallus

gatores und Vice-Instigatores des Königreichs und Großherzogthums Litthauen, auch dahin zu demandiren, daß sie selbige zur verdienten Bestrafung, wegen dieser uns insinuirten verwegenen und frevelhaften Citation, und zur Cassation dieser Citation, vor Ew. Königl. Majestät eigene Relationsgerichte ausladen sollen.

Wir aber verharren unaufhörlich, mit der tiefsten Ehrerbietung

Allerdurchlauchtigster Großmächtigster König,
Allergnädigster König u. Herr,
Ew. Königl. Majestät

allerunterthänigst treugehorsamste

Mitau, d. 22. Jun. An. 1765.

H. C. von Offenberg,
Landhofmeister.

J. E. Kloppmann,
Kanzler.

F. G. von Franck,
Oberburggraf.

O. F. Sass, Landmarschall.

